


rim.
57

Jus Criminal. 2902.



IN INVICTISSIMI
IMPERATORIS
CAROLIV. ET
SACRI ROM. IMPERII
SALUBERRIMAS CRIMINALES
SANCTIONES IN COMITIIS TUM AUGUSTANIS,
tum Ratisbonensibus Anno millesimo,
quingentesimo, tricesimo, & tricesimo
secundo promulgatas
ANNOTATIONES, REMISSIONES,
ET OBSERVATIONES PRACTICÆ.

Auctore
ANTONIO BULLÆO,
JURISCONSULTO.

Gregorius Magnus 9. Epist. 9.

Considerate, quantum & hominibus execrabile, & periculosum ante DEI sit
culos, si per eum, à quo plectenda sunt crimina, nutriri vitia videantur.



M DC



XXXI.

*Jus Criminale
No 2902*

MARPURGI CATTORVM,
Typis & Sumptibus NICOLAI HAMPELII, Acad. Typogr.



Marcian. lib. 2. de publicis judiciis.

Perspiciendum est judicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit, nec enim aut severitatis, aut clementiae gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quaeque res expostulat, statuendum est. Planè in levioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in gravioribus poenis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. l. perspiciendum. ii. ff. de poenis, & ibidem Justin. Gobl. Jctus Gōarinus.





REVERENDISSIMI AC SERENIS-
SIMI PRINCIPIS, AC DOMINI,

DN. CHRISTIANI,
EPISCOPI MINDENSIUM,
DUCIS BRUNOVICENSIVM AC
LUNÆBURGENSIUM, DOMINI MEI
Clementissimi,

CONSILIARIIS INTIMIS.

NOBILISSIMO, STRENUO, AC
MAGNIFICO VIRO,

Dn. JULIO à BÜLOW, PROPRINCIPI
gravissimo, hæreditario in Essenroda, Dn. Mæ-
cenati meo æternùm honorando,

MAGNIFICIS ITEM, CLARISSIMIS,
CONSULTISSIMIS VIRIS, Dn. GOSWINO MER-
CKELBACK, ET Dn. CASPARO KLOCKEN, JCTIS
CELEBERRIMIS, CANCELLARIIS DIGNISSIMIS,
ET RESPECTIVE COMITI PALATINO CÆSAREO,
DOMINIS FAUTORIBUS ET AMICIS MEIS PER-
PETIM VENERANDIS.

NEC NON

AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS, CON-
SULTISSIMIS, ET PRUDENTISSIMIS VIRIS, DO-
MINIS CONSULIBUS, SYNDICO, & SENATORIBUS IN-
clutæ Reipubl. MINDENSIS, Patribus conscriptis, nec non Quadra-
ginta viris ejusdem proretis vigilantissimis, Dominis, & Amicis suis co-
lendis, & amandis:

A 2

NUPER,

DEDICATIO.

N
UPER, & paucis praterlapsis diebus, Deo propitio, Themide, & Musis faventibus, Opusculum meū prasens criminale absolvi, quod tibi, Generose Proprinceps, do, dico: Vtinam virtutis tuæ tam perpetuum, quàm mei affectus, cultusq; sincerum monumentum esset. Effabor ex animo, Genium aliquem videri mihi impulsorem fuisse, ut id fecerim, & tuum nomen in fronte hujus libelli criminalis scripserim, quod si tibi non displicuerit, digito videar mihi cælum tangere, & beatus esse supra omnes beatos. Virtutes tuas tum publicas, tum privatas hîc commendare possem, quod admiratio mea jubet, modestia verò tua vetat. Imò supervacaneum esse existimo in eo laudando sumere operam, quem à nemine in crimen vocatum, uno ore prædicant omnes. DEVM precor, ut te propter bonum publicum, ut magnum, & rarum lumen, diu lucere patiatur. Tandem quoq; ingenium mihi modestiæ vinculum abrumpam, & iter ad vestram amicitiam, Magnifici Domini Cancellarii, struam, sine ullis cuniculis, hac dedicatione apertè. Perit enim procari, si latet, ajebat ille. Libentissimè igitur accipite hoc chartaceum, & literarium munus, veluti animi mei, ac observantiæ in vos pignus, & mihi, meisq; studiis favere non desinite. Scriptum hoc meum in Carolinas sanctiones criminales nec laudo, nec culpo. Vestrae discretioni committo, quid de eo sentiendum. Vt culicem, aut muscam molestè circumstrepentem levi manu, & citra iracundiam abigimus: Sic perversè judicantium calumnias, sine ullâ tristitiâ, eludo. Vos rectè de meis laboribus judicare potestis. Adeò enim Magni estis, ut, quod Nicephorus Gregoras de Theodoro Metochitâ usurpat elogium, id meritò in Vos usurpare possim: Estis viva bibliotheca, & eorum, quæ scire cupio, oracula. Sed opponitis, me scribere in leges criminales, tempore belli, cum tamen eo leges omnes sileant, & ferè omnia delicta (proh dolor) impunita sint? Nonné ante hæc jus viguit? jam multis in ferro salus. Siquidem ab ipsis ita nunc vivitur, regna & imperia, & omnes seculi ditiones armis parantur, armis defenduntur, armis recuperantur, non literis, aut processibus. Sed ut tempore pacis cogitandum de bello: Ita tempore belli de pace, & quid imperia sine justitiâ? Magna omninò latrocinia. Imò sine justitiâ nec Iovis sceptrâ tuta existunt. Pacem amisimus, militiam jam gustamus, & scimus omnes, quàm amara ea sit, & pax sejuncta à pactiōe servitutis & ignominia, quæ nihil habet insidiarum, quæ talis in recessu,

qualem

qualem dulce nomen promittit, è cælo nobis restituetur, & sic halcyonia erunt, ac tempora temporibus compensabuntur, & belli calamitas, quod introduxit, pacis lenitas sopire debet. Bellona quidem legibus aliquantisper silentium imposuit, attamen post liminii jure earum autoritas redibit, & loqui rursus ea incipient. Per bella quidem non spirant Musarum venti, tamen illæ vivent, & in portum venient, inter medias turbas, & naufragia. Otio igitur, qui rectè uti novit, eum sciatis rectè in negotiis versari posse; Vobiscum audaciùs paulò, & familiarìus placet loqui, fretus scilicet singulari vestrà cum erga eruditos omnes, tum maximè erga populares vestros humanitate & benevolentia. Vos Susatum, civitas admodum celebris tulit, me Minda civitas, & ea ipsa non in celebris, utraq; in Westphalia sita: Ita mihi communis est patria vobiscum, ut vel hanc solam ob causam sperem, & confidam, Vos mihi ex animo favere. Iehova consilia Vestra prosperet, suamq; iis gratiam, quod uti evidentissima docent indicia, hæcenus fecit, ad fundere pergat. Valete Viri Magni: Deniq; pietas, quam patriæ meæ dulcissima debeo, hanc inscriptionem à me expressit, Consules, Syndice, Senatores, & Quadraginta Viri, Populares, ac Amici etatem æstimandi. Sanè

Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos

Ducit, & immemores non finit esse suos.

Etenim si eo nomine Deos suos laudavit Socrates, quod Græcus, non Barbarus natus fuerit, si Plato naturæ gratias egit, quod Atheniensis, non Thebanus esset, quod natus esset homo, non bellua, masculus, non fœmina; quantò majorem eterno nostro, Deo habere debeo gratiam, quod Minda honestis procreatus parentibus, piè, & honestè ab iis educatus ibidem.

Accipite igitur hoc monumentū chartaceum, quod vobis, Viri Amplissimi, Clarissimi, Consultissimi, & Prudentissimi, pono & relinquo, donec de patriâ benè merendi facultas mihi detur. S. Sancta Trinitas vestro adsit regimini, ut religionis puritas, patriæq; salus sarta tecta conservetur. Valete pancraticè, & me amate.. Dabam Hannoveræ è paracletino meo, 10. Septembris, Anno 1630.

ANTONIUS BULLÆUS D.

•S[†]S•

A 3

AD



AD LECTOREM.

NUPER in Epilogo meæ Pentadis Consiliorum, si-
 ve Responsorum Juris in Constitutiones Maximi
 istius Romanorū Imperatoris, CAROLI V. trium-
 phalis memoriæ Monarchæ Criminales Com-
 mentariolum brevissimum, siue Annotationes, Remissiones, &
 practicas promisi Observationes. Promissum igitur, adistente
 Spiritus sancti gratiâ, servabo, cum cadat in debitum, & aliàs bo-
 nus vir non essem, si non conarer præstare, quod sanctè pollici-
 tus. Ais, me post *Homerum* scribere *Iliada*, vel post *Nicolaum Vige-
 lium*, *Georgium Remum in Paraphrasi*, quam *Melchior Goldastus* tomo
ult. Const. Imper. refert, p. 518. usq. ad p. 566. inclusivè, *Goblerum Consti-
 tutiones criminales cum jure communi collatas, notisq. brevissimis illu-
 stratas, & editas Francofurti typis viduæ Matthiæ Beckeri, Anno
 MDCXIV. Bernhardum Zieritzium, Matthiam Stephanum* com-
 mentariolum in criminales sanctiones? Vide Catalogum eo-
 rum, qui de criminibus scripserunt, apud *Conrad Rittershus.* in *ju-
 re Iustiniano*, part. 12. c. 1. n. 2. & ego iis plures addere possem, si ar-
 tis & ingenii esset, quàm est *Homericus Græcarū navium*. Cre-
 deres forsân *Syllanam tabulam*, vel novum *Xerxem* incubare
Græciæ. Ex animi medullis autem optarem, ut venerandus ille
Senex, & Jubilatus Jctus Dn. Henricus Bocerus, Præceptor olim
 meus honorandus, lucubrationes suas ederet in Constitutiones
 Augustissimi Imp. CAROLI V. iis Reipubl. literariæ, ut omni-
 bus suis ante hæc editis operibus maximâ cum laude profuit;
 ita adhuc prodesse posset, & *Prosper. Farinacius in criminalibus* se
 virum præstitit. Sit ita, ut est. Nemo unquam jure reprehensus,
 qui à segete ad spicilegium reliquit stipulam, & propter avium
 multitudinem rustici sationem nō intermittunt. Et singulis an-
 nis novæ scribuntur Postillæ. Inventa etiam inveniendis nō ob-
 stant,

stant, multumq; supererit, nec ulli, ut egregiè inquit *Seneca Epist.* 64. post mille secula nascituro aliquid adhuc adjiciendi præcludetur occasio. Baldus in l. 1. C. de his, qui ante apert. tab. accommodatè & graphicè loquitur: Ex varietate temporum nova quotidie phantasmata, & variè rerum speculationes in hominibus generantur, & ideò non est auferenda posterioribus facultas ulterius cogitandi. Quod possum, contribuã, si quid alteri in promptum melius, pandat manum. Ego finum, & acceptor ero. Quem admodum Geographi in orbis descriptione Nilum, Gangem, Istrum, Rhenum, & fluvios alios prægrandes tenuissimis lineolis, Londinum, Lutetiam, Coloniam, & alias urbes potentissimas exiguis punctulis designant: Ita ego uberrimam materiæ criminalis messem in angustum cogam pro virili, & gigantis metiar pollicem, qui ipsum totum, & in angustâ tabulâ non possum reponere. Conabor tamen aliquid, licet non consequar. Nam studiorum salutarium etiam cirra effectũ laudanda tractatio est. *Senec. de vitâ beatâ, c. 20. Scalig. exerc. 297. sect. 1.* & omnibus bonis in rebus conatus in laude est, effectus in casu, *Apul. in florid. fol. 596.* De bonis benè spero, de malorum verò bonitate & æquanimitate despero. Quod si tamen aliquid spei de iis superesse potest, illos non Anticyras relego, ne iter nimis prolixum, & sub Ottomanico Imperio periculosum videatur, sed duntaxat ad templum bonæ mentis dimitto. Hoc monendum esse operæ precium duxi, me *Remum, & Vigelium* (cum ii sæpiùs citati à *Matthiâ Stephano*, qui semper utitur Paraphrasi *Remianâ*, ut ipse ingenuè *art. 1. n. 1.* fatetur, & *die P. H. D. auff vnser Muttersprach* in Originali & Teutonico sermone refert) parcissimè allegasse. *Goblerum, Zieritzium & Stephanum* sæpissimè allegare mihi placuit; qui *Prosperum Farinacium* respectivè non rarò allegant. Neminem specialiter hîc taxo. Generalis de vitiis, & delictis disputatio est. Qui mihi irasci voluerit ipse de se, qui talis sit, confitebitur. *Hier. Epist. 2. ad nepot. fol. 6. tom. 2. Epist. 4. ad Rusticum, fol. 15.*

Deus arma, animumq; ministret.

Scribebam Hannoveræ 30. Aprilis, 1629.

AUTO-



AUTORUM CATALOGUS, EX QUI-
bus desumptus præsens Commentariolus
Criminalis.

A.

A Braham Bucholcerus.
Abraham de La Faje.
Adam Contzer.
Adrianus Gylmannus.
Ælianus.
Æmilius Probus.
Æneas Sylvius.
Alexander Trentacinquius.
Ambrosius.
Ammianus Marcellinus.
Andreas Cludius.
Andreas Knichen.
Andreas Scefferus.
Andreas Hondorffius.
Andreas Fachineus.
Andreas Tiraquellus.
Andreas Osiander.
Andreas Alciatus.
Andreas Gail.
Andreas Rauchbar.
Annibal Scotus.
Antonius Heringius.
Antonius Tessartus.
Antonius Wintherus.
Antonius Robertus.
Antonius Faber.
Antonius Panormitanus.
Antoninus Tessauius.
Apulejus.

Aristoteles.

Arnoldus Ferronus.

Augustinus.

Aulus Gellius.

AZO.

B.

B Aldus.

Balthasar Klammerus.

Barbatus.

Bartholomæus Volcmarus.

Bartholom. Keckermannus.

Bartolus.

Benderus.

Benedictus Carpzovius.

Bernhardus Zieritzius.

Bernhardus Wurmserus.

Bisciola.

Bonifacius.

Brunorus de Sole.

Busius.

C.

C Amillus Borellus.

Capycius.

Cardinalis Tusch.

Carolus Scribanus.

Carolus Paschasius.

Casspar Zieglerus.

Casspar Bauhinus.

Chassaneus.

Christianus Matthias Dith-
marsus.

Christophorus Bartius.

Christophorus Besoldus.

Chronica Carionis.

Cicero.

Clemens Timplerus.

Consultationes Constitutio-
num Saxonicarum.

Cornelius Tacitus.

Crespetus.

Cunradus Rittershusius.

Cunradus Dietericus.

Cunradus von Einfiedel.

D.

D Aniel Mollerus.

David Chytraeus.

Didacus Covarruvias.

Dominicus Arumens.

E.

E Berhardus à Weibe.

Eberhardus Speckhan.

Elias Reusnerus.

Emanuel Merillus.

Emericus à Rosbach.

Erasmus Roterodamus.

Ernestus Cothmannus.

F.

F Ranciscus Duarenus.

Franciscus Patricius.

FRAN-

Franciscus Sarmientus.
Franciscus Hottomannus.
Franciscus Torreblanca.
Franciscus Beccius.
Franciscus Marcus.
Franciscus Vivius.
Franciscus Casonus.
Franciscus Pfeil.
Fridericus Martini.
Fridericus Balduinus.
Fridericus Hordlederus.
Frossardus.

G.

Gabriel Palaeottus.
Galenus.
Georgius Obrechtus.
Georgius Calixtus.
Georgius Schonbornerus.
Georgius Buchananus.
Georgius Scherer.
Georgius Eberhardi.
Georgius de Capedo.
Georgius Remus.
Gerardus Maynardus.
Gometz.
Gregorius Magnus.
Gregorius Horstius.
Grynans.
Guevarra.
Guido Pancirollus.
Guilielmus Budeus.

H.

Hardevvigus Dassel.
Hartmannus Pistor.
Hartmannus Hartmanni.
Haubolt von Endt.
Hector Aemilius.
Helffricus Vlricus Hunnius.
Henningus Arniseus.
Henningus Gøden.

Henricus Bocerus.
Henricus à Nebelkra.
Henricus Bruningus.
Henricus Kornmannus.
Henricus Bunting.
Hercules Marechottus.
Hermannus Latherus.
Hermannus Vultejus.
Hermannus Goëhausen.
Hermannus Kirchnerus.
Hieronymus.
Hieronymus Elverus.
Hieronymus Treuslerus.
Hippolitus de Marsiliis.
Horatius.
Hugo Donellus.

I.

Iacobus Menochius.
Iacobus Alemannus.
Iacobus Benius.
Iacobus Schultes.
Iacobus Hollerus.
Iacobus Cujacius.
Iacobus Thomingius.
Iacobus Rex Angliae.
Iason.
Illico Vmmius.
Ioachimus à Sceplitz.
Ioachimus à Beust.
Ioachimus Mynsingerus.
Iohannes Cammannus.
Iohannes Heringius.
Iohannes Bajardus.
Iohannes à Chokier.
Iohannes Parladorus.
Iohannes Kirchmannus.
Iohannes Iacobus Plebst.
Iohannes Eichrodus.
Iohannes Zangerus.
Iohannes Harprechtus.

Iohannes Faber.
Iohannes Scharodus.
Iohannes Sneidervvinus.
Iohannes Althusius.
Iohannes Fichardus.
Iohannes Dauth.
Iohannes Gerhardi.
Iohannes Heidfeldius.
Iohannes Bodinus.
Iohannes Wierus.
Iohannes Oldendorpius.
Iohannes Riolanus.
Iohannes Grivellus.
Iohan. Georg. Bechtius.
Iohannes Sibrandus.
Iohannes Gutierrez.
Iohannes Koppen junior.
Iohannes Godelmannus.
Iohannes Kitzelius.
Iohannes Corasius.
Iohannes Cephalus.
Iohannes Borcholt.
Iohannes Piscator.
Iohannes Gryphander.
Iodocus Damhouderus.
Iosephus Mascardus.
Iosias Nolden.
Iulius Clarus.
Iulius Pflugius.
Iustinus Goblerus.
Iustus Lipsius.
Iustus Mejerus.
Iustus Zinzerlingus.
Ius Civile.
Ius Canonicum.
Ius Novellarum.
Iuvenalis.

L.

Lactantius.
Lancellottus.

B

Ludo-

Ludovicus Vives.

Ludovicus Gilhaufen.

Ludovicus Schraderus.

Lutheri Pastorale.

M.

M Arcellus Donatus.

Marquardus Freherus

Marsilius Ficinus.

Marta.

Martinus Delrio.

Martinus Magerus à Schon-
berg.

Matthæus Stephani.

Matthæus Wesenbecius.

Matthæus de Afflicto.

Matthias Berlichius.

Matthias Martinus.

Matthias Colerus.

Melchior Goldastus.

Michael Sacksen.

Modestinus Pistor.

Muscornius.

N.

N Athan Chytraus.

Nicolaus Vigelius.

Nicolaus Boerius.

Nicolaus Losæus.

Nicolaus Galenus.

Paulus Cypraus.

Paulus Matthæus Wehne-
rus.

Paulus Sclupnerus.

Paulus Laurentius.

P. S. D.

Petrus Friderus.

Petrus Gilkenius.

Petrus Gudelinus.

Petrus Gregorius Tholosanus.

Petrus Denaisius.

Petrus Royxius.

Petrus Binsfeldius.

Petrus Paludanus.

Petrus Heigius.

Petrus Theodoricus.

Petrens.

Petrus Forestus.

Petrus Matthæus.

Piccardus.

Philippus Comineus.

Philippus Camerarius.

Plato.

Plautus.

Plusarchus.

Prosper Farinacius.

R.

R. Prosperus.

S.

S Alicetus.

Samuel Magerus.

Sebastianus Navius.

Sebastianus Medices.

Seneca.

Simon Majolus.

Simon Schardius.

Sigismundus Wittman.

Sigismundus Scaccia.

Scribonius.

Socinus.

Suida.

T.

T heodorus Reinking.

Thomas Metzgerus.

Thomas Lindemannus.

Thomas Lanfius.

Thomas Ferretus.

Thomas Morus.

Thomas Michael.

Tiberius Decianus.

V.

V alerius Maximus.

Valentinus Francus.

Valentinus Guilielmus For-
sterus.

5(†)50





A D

CAROLINÆ CONSTITUTIONIS CRIMINALIS PROOEMIUM.

1. **I**MPERATOR *Sacratissimus Iustinianus Primus* in l. 2. §. 8. C. de veteri jure enucleando, *librum Pandectarum* 47. & 48. in quibus tractatur de delictis privatis, & extraordinariis, nec non publicis criminibus, vocat duos terribiles libros quasi sanguine scriptos, nimirum quod omnem contineant severitatem, pœnarumq; atrocitatem. Ad idem exemplum hanc nostram *Carolinam Constitutionem* possem appellare terribilem. Nam & delicta, criminaq; ipsa, & illorum pœnas abhorret natura, rectaq; ratio, pœnarum verò acerbitas inventa est ad deterrenda maleficia, l. bona fides, 31. in fin, princ. ff. de pos. plura hac de *Rittersh. d. l. in proœm. n. 1. & part. 13. n. 2.*

2. *Hic si Historicum ex professo agere vellem, medius fidius de laudibus Caroli V. Invictissimi, & eternâ marmorâ dignissimi Imperatoris flueret mihi aqua, & non facile possem ad Clepsydrâ (vide Guilielm. Budæum in annotationibus ad Pandectas, p. (mihi) 227.) scribere & dicere, sed ad Amphoram, ut ait ille. Sed scitè ac sapienter, meo judicio, Antalcidas Lacedæmonius, cum Sophista quispiam scripti alicujus adornaret recitationem, & Antalcide de argumento percunctanti respondisset: Hercules esse Encomium Quis, inquit, illum vituperat? Supervacaneum nempe existimans in eo laudando sumere operam, quem à nemine in crimen vocatum, uno ore predicarent omnes, & cujus virtutes naviter potius imitari, quàm inutili & molestâ commendatione in dubium vocare deberent universi. In idem hoc, ut reor, vitium & ego nunc inciderem, si de Carolo V. largiori contextu differerem. Remitto Lectorem brevitate ergò ad Carol. Scriban. in Inst. Polit. Christ. lib. 2. c. 2. p. (mihi) 411. usq; ad pag. 419. Hier. Elver. in delitiis apodemis, & Epistolarum Ethico-Politicarum appendice, Epist. 3. p. 425. Jul. Pflug. de Republ. German. p. 37. itinerarium N. Chytræi, p. 539.*

B

2

Bernh.

Bernh. Zieritz, de fœdere Smalcald. concl. 195. cum seqq. *Vide* Dn. Christ. Besold. insignis temporum, dissert. 1. passim. *De vocibus: Allerdurchleuchtigster / Großmächtigster / vnd Unüberwindlichster / Arum.* de Jure publico, vol. 2. disc. 15. concl. 3. 4. Dn. Johan. Bruning. in conclus. inaug. de homag. subjeet. concl. 229.

3. *Circa pœnas autem notatu dignissimum esse judico, an illa vox: Peinlich: ad eas solum pœnas pertineat, quæ corporis afflictivæ tantum sunt, an verò etiam ad alias extendatur leviores? Petr. Frid. Mind. de process. lib. 1. c. 9. n. 22. asserit prædictam vocem apud Germanos semper denotare pœnas corporis afflictivas, quem sequuntur Ern. Cothm. respons. Acad. 1. n. 192. & 206. Matth. Steph. hîc, nu. 1. usq; ad nu. 16. & art. 227. n. 5. in fin. qui non sine ratione dissentit à Theodor. Reink. in tract. de Regim. Sec. & Ecclesiastico, lib. 2. class. 2. c. 14. nu. 38. cum seqq. qui quoq; videndus d. lib. 2. clas. 1. c. 8. n. 5.*


4. *Legum capitalium ferendarum occasio quærela Electorum Septemvirum, Procerum, Principum, nec non reliquorum Sacrosancti Imperii Rom. Ordinum fuit, Matth. Steph. pluribus hîc, n. 17. & quidem justissima. Contra jus enim & æquitatem agitur, quando in sortes tortura, aut morti subjiciuntur, è contra fontes pœnis, diurnâ & fraudulentâ interposita morâ, non sine accusatorum frustratione, ac subdolâ elusione subducuntur, & carceribus liberati ad effugiendam justissimam condemnationem absolvuntur. Satius est quidem impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, l. absentem, 5. ff. de pœn. Sed sceleratos ad maleficia armare nihil aliud est, quàm peccandi impunitatem in medium effusis habenis, proponere, l. si quis in fero, in fin. C. de furt. Hinc non abs re commendatur sapientissimum illud Senatoris Norinbergensis responsum, qui à Rege Ferdinando (alii ad Maximilianum Primum Imp. referunt) interrogatus, quomodo tantam multitudinem regeret? respondit. Blandis verbis, & atrocibus pœnis. Sic enim Imperia debent esse constituta, ut gubernatores omnibus comiter respondeant, at in pœnis sumendis gravitatem adhibeant. Summa summarum: Fiat justitia, aut pereat mundus, quod Symbolum Ferdinandi Imperatoris fuit, ut videre est ex Hard. Dassel. in description. Cæsarum Romanorum, & Archiducum Austriæ familiâ oriundorum, & Imperia sine justitiâ magna omninò latrocinia, August. lib. 4. de Civitate Dei, cap. 4.*

cap. 4. Imò sine eâ nec Iovis sceptrâ tuta existunt, ut ex Uldarico Zasio refert Theod. Reink. lib. 2. clas. 1. c. 1. n. 12. Videatur Herm. Lather. de censu. lib. 2. c. 6. n. 6. cum seqq. & quando facinorosi dimittuntur, contaminantur lætitiæ, & gaudia hominum, l. 3. C. de Episc. audien. Nam juxta Sixti V. Pontificis veriverbium: Qui scelesto uni mortem infert, vitam bonis centum tuetur, sicut è converso, qui scelestum unum tolerat in vitâ, centum bonis diem adimit Annib. Scot. lib. 3. commen. in Annales Taciti, p. 212. n. 45. Herm. Lather. de censu. lib. 2. c. 8. n. 20. 21. Meritò igitur judiciorum criminalium defectibus, & confusionsibus natis exinde, quod homines criminalibus negotiis adhibiti isti, qui juris Casarei ignari, cæterisque in rebus ad judicia, eorumque exercitationem pertinentibus cæci, & ad lites tam arduas, tamque gravissimas decidendas, tam apti & idonei fuere, quantum rota quinta ad currum, vel Marsyas ad cantum, sanis consiliis occurritur. ut judiciorum vigor pristino statui, abdicatis abusibus, reddatur. Qui enim jus per rerum naturam à juris imperitis dici potest, vel ad stivam natis? ut ait Pollet. lib. 5. hist. Huc pertinentia tradit Vir Magnus Dn. Christ. Besold. 2. polit. 3.

lium capiat cum prudentioribus. Iustinianus quoque in componendis Dig. Cod. & Institutionibus hoc non neglexit, & Consilia multorum sunt tutiora. Quia sincerius iudicium est, quod plurimorum sententiâ comprobatur, & consilia ubi multa, ibi multa salus. Plura Jos. Nold. in Trebatio. c. 2. n. 10. p. 3. c. 3. p. 6. Christ. Besold. de cons. polit. in axiomat. c. 4. concl. 1. cum seqq. Sic Carolus cum aliorum repudiatis consiliis pro suo unius arbitrio gerebat omnia, hæc res in causâ fuit, ut tandem in vitæ discrimen adductus & occisus, gravissimum vulnus populo, provinciisque suis inflixerit Philip. Comin. lib. 1. comm. p. (mih) 325. Principes, qui aliorum iudicia cognoscunt, minùs falluntur Comin. d. lib. 1. p. 340. Optimum est, ut multorum audiant sententias. Sæpè enim accidit, ut prudentes etiam viri labantur, & errent in dicendis sententiis, quando vel gratiâ, vel odio, vel emulatione quâdam impulsî diversum ab aliis dicunt. Deinde non semper sumus eodem animi vigore. Quod si quis putet, eos, qui sic aberrant, & labuntur, non esse Principum adhibendos consiliis; ille meminerit, neminem esse omnium hominum, qui non fallatur aliquando, atque ex affectibus aliquid agat. Ideoque in magno deliberantium numero hoc boni est, quod aliqui semper existunt, qui, quod ab aliis peccatum est, emendant atque sanant, Comin. lib. 2. p. 366. Si in rebus etiam privatis nos nobis non sufficimus, inquit Hipp. à Coll. in Consiliario in initio, ut cum agitur de filiâ collocandâ, de fundo emendo, testamento faciendo, societate ineundâ, vel aliâ simili de re, & certissimum est, sapientissimum quemque aliorum sæpè prudentiâ egere, medicorum agrotantium more, qui alios sibi adhibent medicos; quilibet enim in suo negotio hebetior, quàm in alieno, multò satis minus consilio aliorum carere poterunt ii, quibus multi populi, & infinita negotia, eaque publica, commissa sunt, qui ita nati sunt, ut bona, malaque eorum ad Rempubl. pertineant: ii inquam, qui si vel minimùm errent, ingenti protinus id totius regni, sæpè & orbis malo faciunt. Gravissimi Principis labores, ait Tacitus lib. 12. Annalium, queis orbem terræ capeffit, egent adminiculis. Adhibiti in adornandâ Constitutione hac Criminali in æternum valiturâ lege iuribus Peritissimi, Doctissimi, Præstantissimi, & Experientissimi multi viri.


7. De clausulâ finali: Nihil tamen Electorum & Principum Septemvirorum, nihil Principum, aliorumque Ordinum privilegiis moribus antiquis & legitimis consuetudinibus detractum volumus:

volumus: *Post Clarissimum Ictum Georgium Remum, Patricium Augustanum, & Consiliarium Reipublicæ Noribergensis in eleganti suâ Paraphrasi non ineleganter Matth. Steph. hic, nu. 18. 19. 20. Bernh. Zieritz. hic differunt, quibus addendus Sebast. Næv. ad l. 1. n. 3. C. de serv. Reipub. manum. Et notum est illud Baldi, quod consuetudo etiam habeat potestatem in sanguinem hominis.*



ARTICULUS I.

De iudicibus, & iudicii personis.

1.  *H*æc Rubrica, si non meritò intelligeretur secundum subjectam materiam, profectò latissimus campus esset expacian- di per aliquot juris materias. Iudicii enim verbum adeò am- biguum est, ut Lexiographi quindecim hujus vocabuli signi- ficata enarrent. *Cunradus Rittershusius* verò ferè triginta tria se observasse tradit in *jur. iust. part. 9. c. 3. n. 1.* Conferatur *Sigism. Scacc. lib. 1. de iudic. cau- sar. civil. crim. & heretic. c. 1. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12.* *Franciscus Duarenus* in defini- tione iudicii explicandâ cum aliquot divisionibus, integrum annum consum- pfit, & tandem coactus fuit his nugis valedicere, ut ipse conqueritur.
2. Hic, omissis ambagibus, de criminali agitur iudicio, de quo, quid fit, & quâ à iudicio differat civili? Videantur *Prosp. Farin. in Theor. & praxi, tom. 3. de var. & diver. quest. 100. c. 1. n. 57. Ilic. Vm. disp. ad iudic. process. direct. 1. th. 2. nu. 8. Hie- ronym. Treutl. vol. 1. disp. 12. th. 1. d. & ibidem Rein. Bach. Echtius Emer. à Rosbac. in prax. crimin. tit. 1. n. 11. Gomez. Inst. de action. post n. 18. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 1. nu. 2. Herm. Vult. vol. 1. Consil. Marpurg. 15. nu. 38. Anton. Hering. de fideiuss. c. 10. nu. 363. Delr. ad l. transigere. C. de transact. Scacc. d. lib. 1. c. 5. & c. 6. & ab aliis relati Icti, & invenies varias & discordantes opiniones. Nobis impræsentiarum, & Jure Saxonico iudicium criminale dicitur: *Wann die Klage gehet zu Haut vnd Haar/ Land- recht lib. 1. art. 53. & lib. 3. art. 32. & lib. 1. art. 68.* Consule *Vent. de Valent. in Parth. litig. lib. 2. c. 12. n. 11.**
3. Accusator, accusatus, & Iudices iudicium constituunt criminale, li- cet & hoc quandoq; instituat, ubi propriè neq; accusator, neq; accusatus est, ut pluribus declarat *Ilic. Vmm. d. disp. th. 3. n. 17.* Quid: Si iudex procedit ex officio per viam inquisitionis super delicto notorio & manifesto? Siquidem eviden- tia patrati sceleris clamore accusatoris non indiget, *c. evidentia, ext. de accus. Theod. Reink. lib. 2. class. 2. c. 13. n. 10.*
4. Iudices criminalibus præficiendi sunt causis Trebatii, id est, inte- gri,

gri, probi, & honesti viri, singularis prudentiæ, & experienciæ, Metzg. *conscrip.* 15. n. 14. p. 213. Imò etiam pii & religiosi. Plato *lib. 1. & 3. de Republ.* Judices pietate, honestate, & morum probitate imbutos esse vult. Nam qui vitiis scætet, fieri non potest, ut vitiis non faveat, ne judicando seipsum condemnet. Neque absurdum est magis, quàm cum judex illud audire cogitur: Medice cura te ipsum. Videatur omninò *Dn. Reinbar. König. amicus meus in Theat. polit. tripar. par. 2. cap. 3. num. 5. 9. 10. 11. 12.* Huc pertinentia tradunt *Carol. Scriban. in Instit. polit. Christ. c. 9. Theod. Reink. de Regim. secul. lib. 2. c. 12. num. 6. cum seqq. Herm. Lather. de censu. lib. 3. c. 16. n. 61. cum seqq. multis Par. de Put. tract. de Syndicatu, in prælud. n. 1. cum seq.*

5. Nobiles, & eruditi hîc quoq; adhiberi possunt, quod & Praxis hodierna observat, qui cùm adhibentur in causis civilibus, cur non etiam in criminalibus adhibendi? Non enim hîc agitur de glande legendâ, non de oleo, vino, aut tritico legato, sed de hominis, creaturæ sanctæ ac nobilissimæ, vitâ & existimatione. Ibi si erratur, jactura est exigua, hîc major esse nequit. Plura *hac de re ego discurs. Acad. 1. additam. 12. & Pentade meâ, conf. 1. n. 58.* Ubi majus periculum, ibi cautius agendum.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio sera est. *Juven. Satyr. 6.* conferendus post *Anton. Tessaur. decis. Pedem. 12. nu. 3. König. part. 2. c. 31. nu. 38.* ut & *Francisc. Patric. in Epit. Compend. de inst. Reipubl. lib. 3. p. 84. 85. Iohan. Biardus von Justicien Berck/vers. dann ob wol in denselben.* Julii Cæsaris præclara sententia est, quàm crebris sermonibus usurpare solebat: Miseram comitem senectutis esse pristinæ crudelitatis memoriam. Ideoq; de vita & spiritu hominis, qui pars mundi est, & animum rationis participem à Deo habet, numerumq; viventium complet, laturos sententiam diu multumq; cunctari oportet, nec præcipiti studio agitari, ubi factum, irrevocabile omninò esse cernitur. Cur autem Nobiles puduerit judiciis interesse criminalibus? hujus nausæ, vel fastidii rationem non video. Nullibi scriptum: criminalia exercitia nobilitatis splendorem obfuscare, & hac de re nihil invenio in Articulis, sive Statutis Torneamentorum ab Henrico I. Aucupe sancitis. Latius ago *de hac materiâ, discurs. Acad. 4.* Videatur *Adam Contz. lib. 8. polit. c. 20. p. 689.* Nec crudelis est is, qui crudeles jugulat, tametsi Judicem crudelem putat latro suspendendus in patibulo. Errant igitur, putantes, neminem supplicio mortis esse afficiendum. Ita enim vivitur in Anarchiâ, quâ nihil periculosius. Ego in *Pentade conf. 1. nu. 9. 10.* Vide *Dn. Cunrad. Dieter. in Analyfi Evangeliorum Domin. 4. post Trinitatis, par. 1. obs. 5.* Hodie nemo bonum facit, ut *Amplissimus Ictus Rutgerus Rulandus in absolutissimo tractatu de Commissariis, in additionibus ad lib. 7. c. 1. part. 1. p. (mibi) 208.* piè loquitur, ex metu inferni (qui tamen revera est, ut eleganter demonstrat *Cunr. Dieter. Domin. 1. post Trinitatis, par. 2. doct. 2. p. 63.*) vel spe Paradisi adipiscendi. Hinc portans ignem, inquit *vir ille de Republ. literariâ optimè meritus Rutgerus,* interrogatus, quid acturus? responderebat, se velle incendere, & consumere Paradisum, & aqua extinguere infernum.

infernum. Ideoq; si famosissimi Archinebulones, nec Deum, nec infernum metuentes, non dignis pœnis à seculari Magistratu punirentur; bone DEUS, quænam absurda; imò absurdorum absurdissima inde orientur? Memini quendam facinorosum; cùm rotæ imponeretur, cum Michaële Baldo, de quo consule *El. Reusn. in hortul. Histor-polit. Coron. 2. flor. 2. p. 101.* negasse futuram resurrectionem, & Diabolum. Principem autem non debere interesse Judiciis capitalibus scribit *Amplissimus Dn. Christ. Besold. Fautor meus honorandus, lib. 2. polit. c. 3. §. 3. p. 647.* Contrarium enim secutus Augustus, & ob id Carnifex appellatus à Mæcenate *Herm. Kirchn. disp. 11. th. 1. b. ad fin.* Non etiam Principi suaderem, ut supplicia spectaret, ne exinde voluptatem capere videretur, ut quoque statuit *Besold. d. loc.* Non igitur placet *Lancell. in Templo Iudic. 1. c. 1. §. 4. fol. 395. n. 3.* allegatus à *Besoldo 1. polit. 4. §. 5. p. 158.* quod notat ipsum Principem delinquentes interficere posse.

ARTICULUS II.

De iis, qui publicis judiciis ratione honorum suorum præsumunt.

1. **H**Odiernis Germaniæ moribus inspectis mandari posse merum imperium extra dubium est, *Hieron. Treutl. vol. 1. disp. select. 2. th. 2. c. Reink. d. tract. lib. 2. class. 2. c. 17. n. 30. 31. 32. Neidling. de Iurisd. c. 4. b. c. Dn. Anton. Nesen. dec. 4. quest. 4. vers. sicut & imbubitatum,* licet jus civile id ipsum non concedat, ut expressis textibus probat *Dn. Arum. vol. 2. discurs. Acad. 6. concl. 53.* Vide tamen *Dn. Rein. Bach. d. disp. Treutl. 2. th. 6. e. f. g.*

2. An idem obtineat in casu infirmitatis? Negantium sententiæ calculum adjicimus, cum sola absentia in legibus excipiatur. Et contrarium hoc jure Carolino verius *Arum. d. disc. 6. concl. 54.* Latissimè differentes vide pro & contra apud *Ofwald. Hillig. in Don. enucleat. lib. 17. c. 8. CC. DD. Bachov. d. disp. 2. th. 6. d. Henr. Bessel. vol. 1. Pand. disp. 3. de Iurisdictione, th. 3. & ab iis allegatos JCtos.* Et ego hîc prolixus esse possem, sed brevitati operam dabo. Vide plura apud *Dn. Herm. Gœhaus. par. 1. peric. 3. q. 22. & part. 2. peric. 1. q. 1.*

3. Non hîc quælibet infirmitas levicula, sed sontica intelligenda, quæ videlicet negotiis agendis obsit. *l. quæsitum est, 60. ff. de re judic.* Sontire enim erat, quod graviter nocet, ut ex *Gœddæo in l. morbus, ff. de V. S.* annotat *Bernh. Zieritzius.*

ARTICULUS III.

Judicis dati in causis criminalibus juramentum.

1. **J**udices dati debent esse jurati secundùm formam præscriptam, nec valet statutum, vel consuetudo, qua remittitur iis juramentum. Quia hujusmodi statutum vel consuetudo materiam delinquendi daret. Pulcrè, ut nil supra, *Zieritz. hîc,* sequenti art. 4. hoc deducit.

2. Judices jurant, se judicare velle secundum leges, & jura. Bonus Judex nihil ex ambitu suo, & domesticæ proposito voluntatis, sed juxta leges pronunciat, statutis quoq; juris obtemperat, vide *Georg. am Wald/in Gerichts-Ordnung / tract. 1. von Richtern / wie sie ihre Aempter treulich verrichten sollen fürs fünffte*. Non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatam domo defert, sed, sicuti se habet negotii natura, decernit. Plura in *Pentade, conf. 1. n. 61.* ubi refero Constitutionem Leonis & Alexandri ab Erimundo Bonifidio in Latinum sermonem versam, & inter Imperatorias Constitutiones relatam, quam Epigrammate non ineleganti explicavit *Johannes Tornovius*, quod præmissum *notis & observationibus Dn. Bernh. Zieritzii in constitut. crim.* Xenophon docet, leges anteferendas esse propriis opinionibus. Exercebant judicia adolescentes, & postea Sententiarum rationem Magistro reddebant. Venerant autem in judicium duo, quorum alter procerior detraxerat tunicam longiorem breviori adolescenti, & ei curtam tradidit. Cyrus auditâ utriusq; Oratione, jussit procerum tenere longam tunicam. alterum curtam. Propter hanc sententiam plagas Cyrus accepisse traditur, quia Justitia est æqualitas, non quæ nobis videtur, sed quam lex ordinat. Hæc autem facit hanc æqualitatem, ut suum quisq; teneat, & prohibet furta & rapinas. Vide *Chronic. Carionis lib. 2. p. 198. n. 30.* Breviter. Judex, qui ad judicandum conscendit Tribunal Justitiæ, ita judicare debet, sicut se judicari exoptat à summo, & supremo omnium Judice in extremo Judicio. Ego *dec. disc. Acad. 10. concl. 27. & decad. conf. 2. num. 12.* Videte, Judices, quid facitis. Non enim Judicium hominis exercetis, sed Domini, 2. *Paralip. c. 19. 6. Victor. Strigel. in Exod. c. 18. loc. 4.*

3. Quatuor modis humanum pervertitur Judicium, 1. Timore, 2. Cupiditate, 3. Odio, 4. Amore. *Dn. Iohan. Eichrod. de offic. judic. th. 86. 87. 88. 89. 90. Reink de Regim. Secul. lib. 2. class. 2. c. 12. n. 23.* Judices igitur instar Venetorum ante vestibulum curiæ privatos affectus deponere, *Dur. de Pascol. in aulic. polit. monit. 39. Iohan. à Chokier lib. 2. polit. Aphorism. c. 4. p. 58.* in duas æquales partes rem scindere, neutri parti, plus minusve rectâ portione tribuere, sed Justitiæ æqualitatem accuratissimè observare, neq; ad dextram, neq; ad sinistram declinare debent. Ego *conf. 10. n. 3. n. 76.*

4. Puras manus Judices habere debent tam in dando, puta, officium muneribus non mercando, quam accipiendo, *Nov. 8. c. 8. §. si quis, vers. ipsum, Parlad rer. cottid. lib. 2. c. fin. p. 5. §. 12. num. 7. Guevar. horol. Princ. lib. 3. c. 1. 6. 11. Herm. Lath. in tract. Nomico-Politico, de censu lib. 2. c. 25. n. 2. n. 7. 8. 9. cum seqq.* Nam & Virgilius apud inferos suos pessimo loco reponit eum, qui leges precio fixit, & refixit. De Triboniano avaro disserit *Cunrad. Ritterh. in jure Iustiniano, in Proem. c. 2. n. 14.* & de eo vide *Suidam in Lexico, in voc. Priscus, Eusebius Cunrad. Rittershus. in expos. method. Novell. Iustin. Imp. part. und. c. 1. per tot. me discurs. Acad. 2. concl. 33.* Modeste tamen de Triboniano sentit *Dn. Thom. Lindem. in histor. juris Romani, concl. 233. & concl. 311.* Vide

Vide

Vide Dn. Barthol. Volcm. in Synopsi de jure Principum, c. 10. num. 8. Plutarchus in Thebis narrat, olim positas in publico fuisse Judicum statuas, easq; sine manibus, quasi si nihil à quoquam acciperent. Abrah. de la Faje. Coron. 3. stor. politic. histor. 14. p. 362. Confer Iohan. Heidfeld. in Sphing. Theol. Philos. c. 24. p. 435. Omnium rerum turpissimum, maximeq; nefarium est, ob rem judicatam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem & religionem. Cicer. in Verrem: Judex pecuniam accipiens, ut in bonâ causâ justè pronunciet, turpiter facit, ita ut locus sit conditioni ob turpem causam, arg. l. ult. C. de cond. ob turp. causam. Capic. decis. 95. num. 1. in fin. Iason. in l. 1. n. 2. & in l. 2. n. 8. ff. de cond. ob turp. caus. Dissentire videtur Ilic. Vm. disp. ad proc. iudic. dir. 2. th. 3. num. 13. Justitiam vendere iniquitas est, injustitiam iniqua infamia. Hæc siquidem ubiq; reprobata est, ut nusquam esse debeat, illaq; ubiq; debita est, ut sine scelere vendi nequeat. Nihil injustius est, quàm justitiæ præmium quærere, & qui mercede bonus est, is quoq; mercede fieri potest malus. Eleganter Dn. Iohan. Kirchn. in Oratione funebri Iacobo Bordingo 1 Cto scripta, p. 29. & p. 50 Confer Eberh. à Weh. in aulico politico, mon. 570. cum seqq. & Theod. Reink. de Regim. sec. lib. 2. class. 2. c. 12. n. 16. cum seqq. Qui vendunt sententias, ipsi infamiâ notantur, l. 12. C. de dignit. litem faciunt suam usq; ad veram æstimationem, & pœnæ L. Jul. repetundarum subjiciuntur. Latissimè Marq. Freher. lib. 3. de infam. cap. 14. n. 1. 2. 3. & ipsorum sententiæ ipso jure nullæ, l. venales, 7. C. quando prov. non est nec. An, qui dedit, fecerit turpiter? Sudant interpretes. Distinctio temporum adhibenda, & dicendum non fecisse turpiter primitus, argum. l. 2. §. 2. de cond. ob turp. causam. fecisse tamen Juris Civilis tempore post Imp. Anton. in l. 1. C. de pœn. jud. Denuò verò Jus desitum in Scenam productum esse Jure Canonum, c. non sanè, 14. q. 5. Vid. Boër. decis. 153. Socin. reg. jur. in barattariâ, Donell. 14. comm. 25. Duar. c. 3. de cond. ob turp. caus. Covarr. in c. peccatum, §. 2. n. 1. de R. I. in 6. Dn. Iust. Zinzerlin de appell. th. 1. per tot. Huc pertinentia tradunt Iohan. Iacob. Plebst. par. 1. disp. novantiq. in th. 3. a. b. Henn. Arnis. in polit. c. 16. p. 383. De crimine barattoriæ latè Proff. Farin. lib. 1. cons. crim. 5. num. 33. 52. 54. & de variis & divers. crim. q. III. art. 1. cum seqq. Matth. Steph. lib. 2. de jurisd. part. 1. c. 3. m. 1. num. 33. Pax. de Put. de Syndicatu, in voc. barattoriæ, & voc. corruptio: Gerard. Maynard. lib. 1. de is. Tholos. 86. Baratoria quomodo probetur? Vide Ioseph. Mascard. de probat. concl. 164. 165. 166. Farinac. de var. & divers. crim. d. quest. art. 11. De dorophagiâ vide Sam. Mager. in nucleo historiarum, par. 1. lib. 3. c. 11. pag. 289. Zierit & hîc, c. 205. verb. à carnificibus, & ibid. Steph. Hoc quoque notandum, inferioribus Judicibus, vel Magistratibus, qui publica salaria habent, non licere à privatis privata munuscula accipere, ne esculenta quidem, vel poculenta, Matth. Wes. in Parat. tit. de officio Procons. & Legati, in fin. Ne autem Judices se corrumpi patiantur, & ut hæc ataxia eò meliùs evitetur, constituenda sunt Judicibus, & iis, qui judicandi munere funguntur, honesta stipendia, ut decenter vivere possint, & Principes salaria officialium amputantes neq; publicæ honestati, neque Justitiæ consulunt. Vide me in Epistolâ dedicatoriâ, Illustrissimo Augusto Iuniori, D. B.

& L. scriptâ, & meis consiliis decem præmissâ n. o. Conferatur Theologus eximius Dn. Frid. Balduin. lib. 4. c. 12. cas. 9. in tractatu luculento, posthumo, toti Reipub. Christianæ utilissimo.

5. In criminalibus causis Judex ne transversum quidem unguem propter juramentum præstandum à Carolinâ sanctione recedere potest, Princ. Inst. de offic. judic. Nov. 149. in fin. Dn. Ioh. Eichrod. velit. Acad. 4. de oblationibus, concl. 78. in fin.

ARTICULUS IV.

Assessorum, Consiliariorum, Senatorum, qui judici capitalium causarum adsident, juramentum.

1. **N**Olo hîc repetere, quæ præcedenti Articulo dixi, & hoc si facerem, nihil nisi meram tautologiam committerem, aliâs de *Assessoribus* ex professo scripsit Dn. Antonius Wintherus; & Eruditè Dn. Illic. Vmm. disp. ad proc. judic. direct. 2. De Consiliariis politici differunt Christ. Besold. 2. polit. 3. §. 5. num. 36. Reinard. König. in Theatro polit. tripart. part. 2. c. 16. cum seqq. Ios. Nold. in Trebatio. Barthol. Kecker. in Syst. politic. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 3. q. 4. per tot. Hipp. de Collib. in Consiliario, & alii.

2. Non Judices tantum, sed & Assessores, Consilarii, & Senatores jurare debent, ut non solum à malo, sed etiam ab omni mali suspitione alieni sint, Matth. Steph. hîc, nec hîc remitti potest juramentum.

3. An Adessor de malo consilio dato Judici teneatur? Vide Proff. Farinac. de variis & divers. crim. quæst. 140. art. 16. num. 459. & num. 572. proposita limitatio displicet.

ARTICULUS V.

Actuarii in judicio criminali juramentum.

1. **H**Oc juramentum omninò à Scribâ Judicii criminalis exigendum, & præstandum. Nolo autem instar aliorum illud hîc referre ex Remo & aliis, ne multitudinem multitudini adjicere velle videar.

2. Hi exceptores in criminali Judicio variis appellantur nominibus. Vide Zieritz. hîc, & ante eum Goblerum hîc, omninò differentem de actuariis.

ARTICULUS VI.

De capturâ reorum ex officio Magistratus.

1. **I**N hunc Articulum quasi commentantur Iust. Goblerus in auctuario hîc, pag. (mibi) 12. Thom. Metzger. in decad. conf. crimin. resp. nu. 34. cum seqq. & in aureis suis resolutionibus, de capturâ reorum, concl. 13. cum seqq. Dn. Helfric. Vtric. Hunn. in Colleg. crim. disp. 5. per tot. Dn. Herm. Göchhaus. in decis. aliquot quæstionum, ad veneficiorum materiam pertinentium, q. 12. adeò, ut si quid addere vellem, lignum in sylvam portarem, & actum agerem. De inquisitione (quæ scirè publicæ sollicitudinis cura dicitur) agit coryphæus criminalistarum, Proff. Farin. in theor. & prax. vol. 1. in init. & post eum

eum Dn. Herm. Goëhaus. in process. jurid. adversus sagas ac veneficos, in notis & additionibus, ad tit. 1. A. B. responsum juris in arduâ causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum esse, q. 3. n. 559. cum multis seqq. & Ioach. Myns. cent. 5. obs. 69. nu. 2. rectissime statuit, incarcerationem tum demum in criminalibus admitti, si prius habita sit aliqualis informatio, quàm diffamatio præcedere debet. Non tamen omni verbo credendum, quia dicitur sic, sed ponderandum, unde, & quia, & quale dicitur, & à quibus? Ego in Pentade conf. 3. n. 6. 7. interdum tamen indicia & præsumptiones sunt loco diffamationis. Imò inquisitioni aperit etiam viam parti læsæ denunciatio, quæ multum differt à legitimâ accusatione, Zieritz. hîc, verb. non aliis indiciis. Judex inquirens ex officio contra reum, an id propriis impensis facere teneatur? Consulendus omninò Hart. Pist. obs. sing. 153. An pater teneatur denunciare delictum à filio commissum? Memini enim hoc disputatum fuisse in E. M. & quidem in A. N. Vide me discurs. Acad. 5. p. (mihi) 364. 365. Relinquo illam quæstionem, & ei nuncium mitto. Quod si tamen pater filium Judici obtulerit puniendum, mitius cum eo agendum. Andr. Tiraq. de poen. temp. caus. 18. & c. 19. Ioach. Schepl. in prompt. jur. Klamm. tit. 7. §. 15. nu. 4. ubi memorabilem historiam referunt ex Æliano lib. variar. historiar. 1. c. 34. de Mardone. Novissime, & doctissime hac de re disserit Responsum juris in arduâ & gravi quâdam causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, & inde exortam diffamationem, q. 3. num. 421. cum seqq. Huc pertinentia videtur tradere Christoph. Besold. lib. 2. polit. 3. concl. 31. memb. 4. p. (mihi) 651. Contra Judicem autem injustè aliquem incarcerantem injuriarum actione (per quam consequitur damnû & recompensam) agi potest. Et hoc in Camerâ Imp. observatur, attestante Myns. d. observ. nu. 5. 6. ubi præjudicium allegat. Vide Frid. à Tausenberg in suo Viridario, concl. jurid. concl. 98. Matth. Berlich. part. 5. concl. pract. 59. n. 119. Matth. Steph. art. 21. n. 3. And. Rauch. lib. 1. quest. 49. n. 20. Dn. Herm. Goëh. in tract. adversus sagas, in not. tit. 1. Quinimò injustè incarceratus si effringat, pœna non tenetur, ut nervosè hoc docet Balthasar Gomezius in tract. de potestate in se ipsum, c. 9. lib. 2. per tot. qui secundum Rutg. Rullan. de commiss. lib. 4. c. 1. par. 2. in addit. p. (mihi) 102. cum judicio hac de re legendus.

2. Si igitur absque ullis indiciis ne quidem procedendum ad capturam, multò minus absque legitimis indiciis torquendus incarceratus. Metzg. d. conf. crim. 1. concl. 78. cum seqq. Vide Iodoc. Damhoud. in prax. crim. c. 37. num. 11. & plura notabilia de torturâ tradit n. 18. cum seqq. & Judex sive Magistratus, si personam innocentem torquere curaverit, actione injuriarum tenetur. Ego in Pentad. conf. 1. num. 50. Vide Zieritz. art. 20. & latè eleganterq; differentem Matth. Steph. ibidem n. 1. 2. 3. 4. & art. 61. p. 134. Confert art. 21. & Farinac. de torturis, lib. 1. tit. 5. q. 37. n. 117. cum seqq. Torturam injustè decretam esse probatur eo ipso, quod non ostendatur contrarium. Stat enim præsumptio juris pro reo contra Judicem, nisi ille sufficientia indicia præstò fuisse liquidò demonstrat. Wesenbec. in paratitl. de quest. num. 9.

3. Ante torturam incumbit Judici investigare de corpore delicti. Ergo multò magis ante condemnationem, quod exemplis tam veteribus; quàm novis declarare, & illustrare non nocebit. Exemplorum enim magna vis est *War. ab Erenb. lib. 1. de fœder. c. 7. num. 3. Valerius Maximus lib. 8. c. 4. de servo M. Agrii Argentarii refert hunc infimulatum, quod occidisset Alexandrum; Titii Fannii servum, qui tortus constantissimè adseveravit ipsum admisisse hoc facinus, is itaq; deditus Fannio, supplicio affectus est. Parvulo deinde tempore interjecto, ille, cujus de nece creditum erat, domum rediit. Duo alia recitantur exempla d. c. 4. commemorat Clarus lib. 5. § fin. q. 64. n. 46. vers. multi enim, duos quosdam in tortura confessos esse, se occidisse quendam Nobilem, eorum inimicum, qui deinde post multos annos repertus fuit vivus in quodam castro detentus ab alio captivus, ipsi tamen propter eorum confessionem, vi tormentorum extortam, ultimo supplicio affecti sunt. Vide Sam. Meiger. in nucleo historiarum, lib. 7. c. 21. p. 178. Iust. Gobler. in auctario hic p. (mihi) 14.*

4. In illustri loco Germaniæ superioris Tubingæ olim horrenda contigit historia, vel potius tragœdia, cum duo adolescentes mechanicam artem exercentes peregrè proficiscerentur, redit unus brevî domum cum alterius vestitu invicem permutato. Parentes & cognati absentis statim ex vestimentorum mutatione filium à redeunte interfectum colligentes illum apud ejus loci Judicem homicidii accusant. Hic statim accusatum absq; ulteriori inquisitione in carcerem conjicit. Et, cum factû accusatus constanter negaret, torturæ subicitur, ubi præ nimio cruciatu se socium interfecisse, vestimenta ejus abstulisse, suaq; in hospitio consumpsisse fatetur. Quare tandem condemnatus rotæ imponitur, ubi vitam cum morte piè commutavit. Præteritis aliquot diebus socius itineris salvus & incolumis reversus est. In hujus rei perpetuam memoriam, & iniquissimæ condemnationis signum ibidem Tubingæ, scilicet in templo, effigies hominis rotæ impositi saxo incisa est, quàm sæpius inspexi, & non sine lacrimis; cum in Academiâ Tubingensi Anno 1611. studiorum continuandorum causâ viverem. Refert quoq; hanc historiam *Lud. Gilh. in arb. judic. crim. part. 7. c. 6. de quest & tort. reor. n. 7.*

5. Exemplum ejusdem rei proponam, quod præterlapsis paucis annis (proh dolor) lippis & tonsoribus, ut proverbialiter loquar, notum fuit eo in loco, ubi deplorandus iste casus contingit. Mulier quædam ob nimiam mariti sævitiam aufugit, & per aliquot dies clam apud externos latitavit. Accidit interea, ut, rumore inter populum excitato, maritus, quod uxorem internecioni dederit, in suspicionem traheretur, rumor de die in diem succrevit, unde vir delatus & accusatus crimen à se perpetratum esse confitetur. Quid fit? Judex in corpus delicti minùs diligenter inquirens ad condemnationem, & ultimum supplicium processit, hæc ubi facta, ecce tibi omnium cum admiratione & stupore, mulier, quæ purabatur occisa, salva & incolumis revertitur. *Daniel Mol-
ler. 3.*

lev. 3. sem. 4. in princ. ex Bofio in pract. crim. tit. in pr. similem ferè refert historiam vide *Math. Steph. hic, art. 58. n. 5.* Hinc Cicero pro P. Sylla: Quæstiones, inquit, nobis servorum ac tormenta accusator minitatur, in quibus quanquã nil periculi suspicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusq; tum animi, tum corporis, regit quæsitio, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur, vita P. Syllæ torqueatur, & eã quærat, num quæ occultetur libido, num quod lateat facinus, num quæ crudelitas, num quæ audacia? &c. Nec novum est, aut rarum, fontes supplicii victos sæpè mentiri: ut videre est in Theodoro illo apud *Livium*, qui conjurationis in Hieronymi tyranni caput reus accusatus fuit, & quum omnibus in tolerandis humanæ patientiæ cruciatibus laceraretur, victum malis se simulans, avertit à consciis in infantes indicium, amicissimos regi conscios & consiliorum authores mentitus. Ergo non tam nocentes, ut diximus, in tormentis sæpè mentiuntur, quàm & innocentes adacti cruciatu. Quamobrem *Mimus Publilianus* rectè dicit: Etiam innocentes cogit mentiri dolor. Item: Heu dolor, quàm miser est, qui in tormento vocem non habet. In tormentis verum exquiritur, inquit *Erasmus*. At quidam ita torquentur, ut non audent verum dicere, scientes, quid velit taceri, qui torquet. Conferatur *Christ. Waldeck in question. jur. contr. de furtis, q. 39. Damboud. in pract. crim. c. 30. n. 4. 5.* Mulier quædam septies percussa ob confessionem ab adultero effictam, in torturâ enim confessus fuerat, se commisisse adulterium cum muliere quâdam ac supplicium etiam tulerat, sed cum mulier innocens ad supplicium duceretur, quamvis gladio septies fuerit percussa, non tamen fuit læsa; & Deus innocentiam & castitatem ipsius mirificè ostendit, *Hartm. Pist. observ. 33. n. 56. Dassel. lib. 1. cons. 21. n. 17.*

6. Notabile igitur est, quod scribit *Prosp. Farin. in pract. crim. q. 2. num. 11.* se nunquam condemnaturum confitentes, se hominem occidisse, & in mare projecisse, quamvis prope mare habitet, nisi prius constet interfectum quem esse. Et ita concludunt *Gail. 1. de PP. c. 15. n. 8. Myns. cent. 3. obs. 81. Matth. Berlich. par. 5. concl. 46. n. 1. & seqq. Iohan. Zang. tract. de quest. c. 2. n. 15. Lud. à Gilb. in arb. jud. crim. c. 7. de iudicibus, num. 2. 3. 4. & c. p. (mihi) 435. Iacob. Menoch. de arb. jud. quest. lib. 2. cent. 3. casu 269. n. 4. Clar. q. 55. n. 11. allegati à Ioach. Scheplitz in promptuario juris Klammeri, tit. 44. §. 4. n. 4.* Videndus omninò *Petr. Gilken. ad tit. C. de probat. l. fin. n. 8. 9. cum seqq. multis*, ubi multa huc omninò pertinentia tradit. Consulendus quoque *Henr. à Nebelk. decis. 21 p. (mihi) 245. 246. & decis. 1. p. 44.* ubi ex *Modest. Pistor. q. 117.* exemplum ponit in fure, apud quem inventæ fuerunt variæ merces. Homicidium confessus, si postea offerat hominem adhuc vivere, quomodo audiendus? Vide *Busium ad l. 23. ff. ad L. Aquil.* Hinc doctissimus *Zieritzius art. 57. verb. admittendus erit*, scribit: Reus admittitur ad probandum errorem suæ confessionis spontaneæ, multò magis verò admitti debet, ad probandum errorem confessionis factæ in tormentis. Rectè Alexander Macedo Olympiadi matri plurimùm eum ur-

genti.

genti, ut infontem quendam occideret, poscentiq; id per menses novem, quibus eum in utero gestaverat, humanissimè respondit. Aliam, parens optima, de me quamvis mercedem posce: Homini enim vita nullo beneficio compensatur, *Fr. Patr. in Epit. compen. de Reipubl. institut. lib. 3. p. 85.* Deniq; mihi placet referre Teutonicis verbis, quæ leguntur apud *Georg. Lauserb. in tortual. quest. pag. 26. 27.*

Ein böser Bub ist zu einem Schuehmacher in einer Statt kommen / vñnd ein par Schue von ihm begehret / als ihm aber der Schuster die beehrten Schue ohne Geldt nicht geben wollen / ist der Bube zornig davon gangen / vñnd mit Trauwen gesaget: Er wolle ihms gedencen. Wie aber derselbige Bube einer Mordthat halber / so er auff der Strassen begangen / ist ergriffen / vñnd vnter andern Peinlich gefraget worden / Wer ihm zu solcher Mordthat geholffen / hat er stracks auff den Schuster bekennet / welcher dann auff solche Bekandnuß ist gefänglich eingezogen / vñnd flugs darauff gefraget worden / auch so lange gestreckt / biß das er auß Marter bekennen müssen / daß er die angezeigete Mordthat hette vollbringen helffen / darauff man sie dann beyde außgeföhret / vñnd sie mit dem Rad hinrichten wollen / wie dann geschehen. Es hat aber der Bube / damit er seinen gefasseten Deld im Werck vollbracht / vor seinen Todt sehen möchte / auffß hefftigst gebeten / der Richter wolle den vñschuldigen Mann vor erst richten lassen / welches der Richter also gewilliget. Wie man nun den armen vñschuldigen Mann / Arm vñnd Bein mit dem Rade entzwey gestossen / hat der Bösewicht dem Hencker zugeschrien / Er solle innehalten / vñnd weiter an der Schuster kein Hand anlegen / dann er wehre der That vñschuldig. Als er aber gefraget worden von dem Richter / Was er den armen Mann gezeiget / daß er so vbel an ihm gethan / vñnd ihn vñschuldiger weise also bezüchtiget / vñnd ihn martern lassen / hat er geantwortet / Er hette ihn einmahl vmb ein par Schue angesprochen / welches er ihme versaget / die habe er ihm vergelten müssen. Wan ich nun ein Richter wehre / vñnd hette mich durch einen solchen Bösewicht betrogen lassen / daß ich seinen Worten geglaubet hette / vñnd mich weiter nicht vñgesehen / auch nicht gebührlche Inquisition vñnd Nachforschung gehabt / so würde ichs die Tage meines Lebens nicht vergessen können. Derowegen bitte / vñnd ermahne ich alle Richter / vñnd was in der Obriqkeit ist / vmb des Jüngsten Gerichts willen / sie wollen ja nicht eilen mit den Gefangnen / sondern sich wol / vñnd aller Vmbstände erkunden / ehe daß sie einen richten lassen / damit sie nicht vñschuldig Blut vergiessen. *Vide Dn. Herm. Goëhaus. amicium meum singularem, in tract. de venef. tit. 6. a. b. c. d. e. Iust. Gobler. art. 81.*

in auctario. Confer Iust. Lips in Divâ Virgine

Hallensi, c. 22. c. 31.

✠ (S) ✠

5

ARTI.

ARTICULUS VII.

Requisitio consilii in casu dubio.

1. **R**es si dubia, ad Principem, vel ejus Consiliarios, cum aliquâ facti informatione, circumstantiis etiam minutis adjectis, referenda, (omnes enim, & singulæ circumstantiæ accuratè hîc perpendendæ, & iis applicanda jura. Ut enim Medicis ex rectâ morbi cognitione tota medendi ratio petenda: Ita Principi, vel ejus Consiliariis, vel Magistratui ex facto Jus oritur, & mutatio facti etiam minima diversam sententiam deposcit, & si hoc locum habet in civilibus, multò magis in causis criminalibus. Ubi enim majus periculum, ibi cautiùs agendum, & pleniùs consulendum, *Jacob. Aleman. in palæstrâ consultationum conf. 2. p. 68.* vel acta ad consilium prudentum transmittenda. Non igitur præcisè, & omninò in criminalibus causis transmissio fieri debet, ut statuit *Joh. Richter. de Iudiciis, th. 64.* ut latius trado *decad. disc. Acad. secundæ editionis, disc. 9. concl. 2. in fi.* & ita jucunda est præteriorum laborum memoria, & plura de inrotulatione, vel transmissione actorum, *d. disc. concl. 1. usq. ad finem* invenies, & apud Commentatores Carolinæ sanctionis *in art. 81. art. 128. art. 220.* vel, ut alii illum indigent, 219. vel *fin.* nec in dictis locis ullum verbum de hac materiâ repetam. Nam eadem, ut *Galenus* inquit, non sunt in diversis locis inculcanda, sed tantùm ad memoriam revocanda. Videatur *Vict. Strigel. in Exod. c. 4. p. (mibi) 17. in fin.*

2. Judex, malum consilium prudentum si sequitur, an excusandus? *Consultissimus vir Dn. Anton. Nesen. Amicus meus sincerus, decad. 2. miscell. controv. 10.* allegans ad hoc Dd. autoritates, præsertim verò ll. fundamenta, ait indistinctè Judicem peritiores consulentem, etsi malè judicet, excusari, nec syndicari posse. In contrarium Dd. & simul distinguentes allegat *Bernh. Zieritz. hic.* Vide omninò *Hartm. Pist. obs. sing. 149. cum seqq.* ubi quoque deplorandum invenies casum, casibus supra *art. 6. concl. 4. 5.* propositis non absimilem, & proponit quæstionem; cum quidam confessus esset, se uxorem cum liberis interfecisse, & Scabini cujusdam civitatis, à nobili Domino illius loci desuper consulti, simpliciter respondissent, reum ex propriâ confessione rotæ pœna afficiendum, nec consultorum admonuissent, eum priùs de delicto, utrum id verè commissum esset, inquirere, & veritatem rei investigare debere, ac Dominus responsum ipsorum secutus de reo supplicium sumisset, postmodum verò tam uxor, quàm etiam liberi captivi jam interempti essent reversi, ardua incidit dubitatio: An Dominus, qui sententiam Scabinorum executioni mandaverat, illud impunè ferre debeat? Hinc moris in Scabinatu Lipsensi ut omnibus responsis, in quibus mortis pœna alicui dictatur, clausula hæc: *Si diligenti habitâ inquisitione de delicto certò constet:* inseratur. Quod cum alibi, inquit *Moller. d. lib. 3. sem. c. 4. nu. 1. vers. hinc omnibus,* observatum non fuisset, sed ad consultationem cujusdam viri nobilis responsum, eum, de quo quæsitum fuerat propter parricidium in

D

uxore

uxore commissum, quod in torturâ confessus fuerat, lege Pompejâ puniendum, & is sententiam non tam suâ culpâ, quàm illorum, qui responsum dederunt, executioni mandasset, uxore, quæ nescio ob quam causam à marito non multò abierat, paulò post salvâ & incolumi reversâ, nobilis ab Electore Saxonix Augusto 2000. aureis mulctatus fuit, & insuper jurisdictio omnis illi adempta. Vide omninò *Responsum Juris in arduâ causâ concernente processum quendam adversus sagam nulliter institutum*, q. 9. n. 858. Sic, si veneficus fatetur, quod homines & jumenta sua magicâ arte interfecerit; Judex sedulus erit in inquirendo, utrum ea vera sint? Ideoq; quando non certò constat de delictis confessis, vulgò ita pronunciat: *Hat D. in der scharpffen Frag bekante/ vnnnd außgesagt/ Daß er an dem/ vnnnd dem Orth D. vnd seinem Viehe durch Zauberer Schaden zugefügt. Da nun/ solcher Zauberer halben/ gebürliche vnnnd rechtmäßige Erkundigung eingenommen / vnnnd es wurde der Gefangene für dem Halsgericht nachmals auff solchem seinem Bekannisse freywillig verharren / so soll er dererwegen mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet vnnnd gestraffet werden/ Godelm. lib. 3. de mag. & venef. c. 10. n. 42. & seqq. Damhoud. quos allegat Steph. art. 54. in fin.*

ARTICULUS VIII.

Judex ad tormenta pervenire potest, si probationes desint.

1. Si aliter veritas haberi nequit, cur non quæstioni subjiciendus multis indiciis oneratus, & argumentis penè convictus, accusatus, & causa, seu accusatio sit criminalis, eaq; atrox? *Dn. Matth. Steph. hic.* Divus Augustinus *lib. 19. de Civit. Dei, c. 6.* Videtur quidem ab omnibus tormentis, sed tamen addit, necessitate humanæ societatis Judicem excusari. Vide tamen *ibidem Ludov. Viv. a. b.* & revera in sacris literis, vel in Judiciis populi Dei nullum torturæ exemplum inveni? Videatur *Dn. Herm. Goëhaus. in tractatu egregio adversus sagas, in notis, tit. 2. A.* Sit ut fit, Carolinæ, & pragmaticæ sanctiones eam admittunt, nec nos propterea eandem improbare possumus, modò rarò, ac valdè circumspetè tortura adhibeatur, ne videamur contra stimulum calcitrare, quod durum est, & manum de tabulâ, ne videar os meum tollere in cælum, ut *Baldus* loquitur. Vide *Zieritz. & Stephan. art. 45.* Tutissimus modus est, inquit *Iohan. Godelm. lib. 3. de mag. & venef. c. 1. n. 30.* ut Judex Constitutiones Carolinas in omnibus sequatur, & præ oculis habeat, hoc si fecerit, & illæsam habebit conscientiam, & tramites justitiæ non transgredietur, ut habetur *artic. 83.* Vide *Matth. Stephan. hic, art. 83.*

ARTICULUS IX.

Accusator audiendus est, si post adhibitam torturam crimen probare velit.

Sunt, qui roboris sui confidentiâ, sive naturali, sive amuletis silentiariis
(vide

(vide *Camer. 2. medit. hist. 75. Georg. Lauterb. sive Abr. Scier. in tort. quest. 1. p. 26. 27. 28. Dn. Herm. Goëhaus. in process. adversus sagas, tit. 3. & in notis 5.*) acquisitâ quosvis torturæ cruciatus, imò cunctas Perilli, vel Arnutii Paterculi, vel alterius (*Cam. 1. med. hist. 9. p. 68.*) inventiones (vide *Ios. Nold. de statu nobil. c. 15. n. 86.*) floccifaciant, ut docet experientia. Vide *l. 1. §. questioni, ff. de quest. Confer Iust. Gobler. hîc, art. 20. verb. propter cruciatum, p. 27. & art. 45. p. 52. & latè art. 57. p. 69. & Damhoud. in prax. crim. c. 37. n. 22. c. 38. n. 19.* Quando itaq; ii delictum, nec sponte, nec per torturam fateri volunt, possunt tamen ejus criminis, quod protervè negant, coargui, & tunc ad probationem est procedendum, *art. 62.* quibus convicti sine ulteriori tormentorum repetitione condemnandi sunt, etiamsi crimen confiteri nolint, *art. 69.* Non resistit huic sententiæ, *art. 16.* pro ut putat *Vigelius*, sicut contra eum rectissimè docet *Matth Steph. hîc, & d. art. 16.* quem consule. *Ægyptios* ajunt patientissimè ferre tormenta, & citiùs mori hominem *Ægyptium* in tormentis, vel quæstionibus tortum, exanimatumq;, quàm veritatem prode-
te *Ælian. var. hist. lib. 7. c. 18.* De Hispanorum moribus scribit *Iustinus historicus, lib. 44.* Sæpè tormentis pro silentio rerum creditarum immortui, adeò illis fortior taciturnitatis causâ, quàm vitæ; Celebratur mira etiam bello *Punico* servi patientia, qui ultus dominum inter tormenta risu exultavit, serenaque lætitiâ crudelitatem torquentium vicit. Vide de pertinaciâ & duritiâ alterius cujusdam Saxonis *Gobler. hîc, artic. 60. in auctar.*

ARTICULUS X

*Reo plenâ probatione convictus, quomodo eo casu, quo neq; vita ei aufe-
ratur, neq; etiam perpetuis vinculis addicatur, adversus
eum procedendum.*

1. Is reus (verbi gratiâ) membris mutiletur, vel virgis castigetur, & relegetur. Observandus tamen ad unguem hîc est *art. 196.* ad quem me remitto. Non immeritò *Christ. Besold. lib. 2. polit. c. 2. p. (mihi) 611. concl. 27.* conqueritur, nos paucitate pœnarum hodie laborare, & plures earum debere esse gradus, antequam ad ultimum perveniatur supplicium. Non enim fustigatione, & relegatione finem, propter quem introductæ & permissæ sunt pœnæ, semper nos assequi censemus. Vide tamen, quæ tradunt *Dn. Bernh. Zieritz. hîc, c. 104. verb. sive corpori, sive membri, Petr. Greg. Tholos. in Syntag. jur. univ. lib. 31. c. 11. Ios. Nold. in Synops. tractat. de statu nobilium civili, c. 15. nu. 120.* An Magistratus aliquem possit relegare ultra territorium suæ jurisdictionis. Vide me in *Pentade cons. 2. n. 4.* De confinemente inspice omninò *Henr. Bocer. de jurisd. c. 5. n. 41. Myns. resp. 16. n. 24. decad. 2. Neidlin. de jurisd. concl. 3. m.* Romani ob delicti atrocitatem non facilè quemquam vitâ spoliarent, sed potiùs eos pœnæ servos fecerunt, ac ad opus publicum, puta ad latomias, sive lapicædinas, metallum, & alia proscribent. Confer omninò *Franc. Patric. in compendiosâ Epitome commentariorum, de Inst. Reipubl. lib. 3. pag. 83.*

Et cum eo, in quo spes est melioris vitæ, mitiùs puto agendum esse, & is non statim morte puniendus. Nonne Themistoclis vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus, adeò, ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur? Latè *Æmilius Probus de vit. Excellent. imperat. p. 11.* Vide *Onomasticon propriorum nominum voc. Themistocles*; adeò, ut in Themistocle puero Præceptor illius verè prædixerit, illum nihil mediocrè, sed aut ingens aliquod bonum, aut insigne malum futurum patriæ: *Erasmi Roterod. in linguâ, p. 504.* Imò ipse Themistocles confessus est, se declinasse crebrò ad deteriores vitam, jactans, ferocissimos pullos, ubi rectè docti, & formati fuerint, generosissimos evadere equos. Eleganter *Plutarchus Chæronensis in Themistocle, pag. (mibi) 113.* E contra Davidis, Regis divino multùm testimonio prædicati filius, Salomon bonis initiis malos exitus habuit, ut post *Salustium in Catalinar. Augustinus de civitate Dei, lib. 17. c. 20.* loquitur. Vide *Chron. Carionis, lib. 2. p. (mibi) 173.* Et laudem apud Historicos meretur Emanuel Portugalliæ Rex, qui Consiliarios suos laudare solebat, si quando ullam potuerint invenire rationem, quâ reos ab ultimo supplicio liberarent. *Besold. d. c. 2. p. 604. com. l. 19.* Placet, quod Paulus III. Pontifex crebris sermonibus usurparit, non cum perfectis hîc nos vivere, sed unumquemq; hominem in quinque dividendum esse partes, quarum si duas in se bonitatis haberet, tolerandum, si tres, deberi æstimari probatissimum, cùm difficilè sit exuere totum hominem, quò ad hanc sarcinam portaverimus corporis; omnem molem deponere peccatorum. Perperam igitur agunt, qui in novis suppliciorum generibus excogitandis ingeniosos se monstrant, *Piccard. dec. 4. hist. polit. obs. cap. 6.* De plumbi liquentis in os infusione videantur alii. De Scaphismo, crudeli supplicii genere, *Abrah. de la Faje in hort. hist. polit. cor. 2. flor. 7. p. 162.* Latissimè *Plutarch. in Artaxerxe, p. 1019. Philip. Camer. cent. 1. medit. histor. 87.* Amstelodami Anno 1595. ineunte mense Aprili ordinatum fuit ergasterium (vulgò vocant *das Zucht-haus*) vel honestior carcer, qui nullam importat infamiam, *Keckerm. lib. 1. syst. polit. c. 16. p. (mibi) 292.* in quo excedentes peccatores & æruscatores omnes conclusi continentur, nonnulli etiam compedibus vincti, ita tamen, ut operi vacare, manusq; exercere liberè queant. Alii etiam aut Acanthinum lignum. (Brasilianum vulgò appellant) in scobem tenuissimam disterere, ac tyrocnesti comminuere, aut pannos deniq; bombasios contexere, aliaq; agere, atq; elaborare cogantur. Bremenenses quoq; ergasteria ad Belgarum instituerunt imitationem, & eorum commoda experiuntur quotidie. *Das einer auß sonderlichen Gnaden vnd Barmhertzigkeit begnadiget/ vnd zehen Jahrlang vngesährlich auff die Vngerschen Grânze/ allda wider den Erbfeind Christlichen Nahmens zu freiten/ condemniret werden könne/ attestatur Thom. Metz g. conf. crim. 8. conf. 9. conf. 13.* Et ego memini in arduâ quâdam homicidii causâ homicidam, ad instantiam alicujus Principis, ita relaxatum fuisse. De pœna multilationis alicujus membri ac faciei deformandæ, vide *Matth. Steph. hîc, art. 104.* ubi allegat

Iul.

Iul. Clar. & Nic. Vigelium; ubi dicunt, hanc pœnam hodie esse in usu. De manus putatione *Bernh. Zieritz. hïc, c. 104. verb. sive corpori, sive membris corporeis*. De pœnis trirremium, auff die Galeen, & ad strapecordam, vide *Ios. Nold. in Synops. tract. de stat. nobil. c. 15. n. 102. 106. tunctionis, Cornel. Tac. de morib. German. Petr. Gudel. in libris 6. de jure novissimo, l. b. 5. c. 19. n. 14.*

2. Video æquiparari, quando vita alicui aufertur, & quis perpetuis addicitur vinculis. *Bernh. Zieritz. hïc, art. 101. verb. nec carceri perpetuo*. Imò perpetui carceris pœnam graviolem esse morte existimavit *Cajus Cæsar*, autore *Cicero*. Vide *Gobler. art. 101. in auctario*. Pœna autem perpetui carceris est loco intrusionis in monasterium, cujus generis in Ecclesiis Reformatis nunc non est usus, *Ios. Nold. de statu nobil. c. 15. nu. 123*. Et his in terminis, quod si uxor nobilis adulterium committit, ad perpetuos carceres condemnanda sit, respondit *Matth. Wesenb. conf. 295. nu. 39. par. 6*. De præbitione veneni quærunt Politici: an talis pœna in usum sit revocanda? & existimant nonnulli, id faciendum esse, præsertim si personæ facinorosæ sint è magna familia, & in summa dignitate constitutæ, sic enim justitiæ executione clam posse administrari, & nemine animadvertente. In quem usum olim comparavit antiquitas, *die Wippen*, quæ adhuc tam in Ecclesia Cathedrali, quàm curia Mindensi, & aliis in locis Germaniæ visuntur. Sed alii negant hanc consuetudinem de præbitione veneni revocandam esse, inter quos est *Barthol. Keckerm. lib. 1. Systematis polit. c. 17. p. 300*.

3. Jure Civili nemo ad perpetuos damnari potest carceres, *l. 35. ff. de pœn. Prosp. Farin. in tract. de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. q. 19. n. 31. Thom. Mich. de jurisd. concl. 77. C. Neidling. de jurisd. c. 3. m. in princ. Bus. ad l. 3. n. 4. ff. de cust. & exhib. reor. Ioh. Harpp. in §. 5. & ultim. Instit. quib. non est permiff. fac. testam. n. 16*. Secus de Jure Canonico, *c. quamvis, de pœnis, in 6.* & hac Carolina sanctione. Vide per discursum *Prosp. Farin. de hæresi, q. 193. §. 5. per tot. Iacob. Menoch. de A. I. Q. lib. 1. q. 89. per tot.* De privato carcere vide *l. ult. C. de priv. carcer. inhib. Phil. Sigism. Clud. de crimine læsæ Majestatis, concl. 120. 121. Petr. Greg. Tholos. lib. 31. syntagm. jur. univers. c. 1. & de Republ. lib. 2. cap. 7. conclus. 2.*

ARTICULUS XI.

De capturâ reorum, contra quos se accusator offert.

1. Tria notatu dignissima hïc proponuntur. Primum est, ne captura decernatur in litibus criminalibus, nisi legitima præcedant inditia, *Foller. in pract. crim. verb. studeat, nu 58*. Ubi monet Judices, ut non sint faciles ad capturam eorum, quæ per accusatores deferuntur, sed contentur summatim investigare, an vera sint, quæ delata fuerint, & an lis criminalis ita se habeat, prout in quærela dictum? Vide *Metzg. de captur. concl. 6. 13. cum seqq.* Non enim præcipitanter & inconsideratè quælibet persona honesta carceribus mancipanda, *art. 219. Prosp. Farin. 1. pract. crim. 4. q. 27. passim*, præsertim si in dignitate constituta, ut, ex-

empli gratiâ. Doctor est *Iacob. Ben. de privil. Ictorum, par. 3. priv. 62. n. 1. Harpp. Inst. de jure personarum, n. 11.* quamvis incarcerari possit in criminalibus, si delictum gravissimum, *Farin. d. q. 27. n. 86.* & quoq; in crimine læsæ Majestatis non potest deveniri ad capturam, nisi indicia præcedant, *Zieritz hic, & Matth. Steph. n. 3.*

2. Secundum est, si accusator præstanda præstiterit, accusatus incarcerari, & ex carcere respondere debet, *Ern. Coth. vol. 3. conf. 15. nu. 1.* qui tamen custodia, non pœnæ loco sit. *art. 218.* adeò, ut, *Judex Camerae Imperialis*, si deprehenderit duritiem carceris, soleat eam jubere mitigare per mandatum, *Anton. Hering. de fidejuss. c. 18. n. 141.* Videantur hac de re *Prosp. Farin. de carcer. q. 27. num. 1. 2. Christ. Besold. 2. polit. 2. n. 28. vers. 2. Parthen. litig. lib. 1. c. 14. nu. 26. & 2. c. 12. nu. 38. Rutg. Ruland. de commiss. lib. 4. c. 1. per tot. & conferendi quoq; Theod. Reink. de Reg. Secul. lib. 2. class. 2. c. 17. nu. 71. cum seqq. Thom. Metzg. de capturâ, concl. 5. Eberh. Speckh. cent. 1. q. 19. & 20. Haub. von Ende discurs. crim. c. 3. concl. 119. & Philip. Comin. lib. 10. comm. p. 671.* Sed quid, si reus satisfidet *Judicio* sisti? Vide *Matth. Steph. hic, n. 4. 5.* qui huc pertinentia eleganter tradit. Confer *Iulium Clarum lib. 5. §. fin. q. 46. n. 7. Ant. Hering. in tract. de fidejuss. c. 10. nu. 385. cum seqq. Valen. Franc. de fidejuss. c. 3. num. 201. 202. Marq. Freh. lib. 3. de infam. c. 7. num. 4. 5. Damhoud. in prax. crim. c. 20. n. 13. Eberh. Speckh. cent. 2. q. 16.* Cautio enim *judicatum solvi* non amplius in causis criminalibus requiritur, ut post alios notant *Ant. Hering. de fidejuss. c. 10. n. 148. 149. Afflict. decis. 170. Nicol. Boër. decis. 314.* quos quoq; allego *dec. ad. conf. 6. n. 84.* Satisfactio verò fieri debet sub certâ pœnâ, ad quam solvendam fidejussores se adstringant, si non sistatur reus. Formulam obligationis fidejussoriæ in negotio criminali, quatenus illud fidejussionem admittit, vide apud *Ant. Hering. de fidejuss. c. 30. p. (mihi) 676.* Fidejussores debent esse idonei. Hinc albo notanda lapillo, & mihi in praxi proposita quæstio: An *Judex, Consiliarius, Advocatus, vel Procurator* possint de *judicio* sisti fidejubere? Negativè respondi cum *Nicol. Boër. decis. 315. num. 2. Ant. Hering. de fidejuss. c. 8. num. 142. & c. 26. num. 127.* qui quoq; *c. 7. num. 174.* conferendus. A nobis puto dissentire *Parid. de Puteo de Syndicatu, §. fidejussor, vers. an officialis, nu. 8. p. 415.* licet *Hering.* illum pro consentiente alleget.

3. Tertium & ultimum membrum est de separandis custodiis reorum, ne illi colloqui possint. Hic placent *Remus, Zieritzius, Stephanus*, quos omninò consule, ne exscriptoris personam agere videar. Vide *Petr. Greg. Tholos. de Republ. lib. 2. c. 7. p. (mihi) 8. Celeberrimum Ictum Dn. Rutg. Ruland. de Commissariis, lib. 4. 6. 1. par. 2. n. 7. 14.*

ARTICULUS XII.

De detinendo accusatore, donec idoneè caverit.

1. Hic articulus generaliter loquitur. Ideoq; generaliter intelligendus, & *Principes, Comites, Barones, & omnes accusatores* tenentur cautionem præstare sufficientem, *Peinlichen Vorstand*, Imò memini *Civitates Episcopis,*

pis, vel Comitibus subjectas hanc cautionem ab iis postulasse, & relatum mihi fuit D. B. aliquando C. B. hanc cautionem præstitisse. Imò in art. 14. expressè cautum, etiamsi Dux Imperii capturam petat, eundem satisfacere teneri. Nam loquitur disertè de viris Principibus & Illustrissimis, ut post *Modestinum Pistorem conf. 34. n. 7. vol. 1. nominatim consuluit Ern. Cothm. vol. 3. conf. 29. nu. 448. cum seqq. & consentiunt Stephan. & Zieritz. ad d. art. 14.*

2. Quod si accusator, vel ejus Fiscalis, Syndicus, vel Procurator, vel Mandatarius prædiis, vel prædibus, id est, fidejussoribus idoneis, & locupletibus, non tantum facultatibus, sed etiam conveniendi facilitate, cavere nequit, is custodiæ dandus, donec præscripto modo caverit. *l. 3. C. de his, qui accus. non possunt, Keller. lib. 2. de offic. jurid. polit. c. 25.* Sic custodiæ sese submisit Italus ille Belligiosa in accusatione assassinii, & homicidii fratris contra Rufwürmium, ut referunt *Vent. de Val. 2. parth. litig. 12. n. 20. Bernh. Zieritz hïc.*

3. Olim inscriptionis solemnitas inventa, ne ad accusandum facilè quis profiliret *Iust. Mejer. in Colleg. Pand. lib. 48. tit. 2. concl. 27. & concl. 30.* testatur illam in desuetudinem abiisse. Quò ad consuetudinem verò Germaniæ, juxta hanc constitutionem non solum in casum succumbentiæ de omni damno (vide *Prosp. Farin. lib. 1. tit. 2. q. 16. n. 8.*) & expensis litis refundendis, sed etiam resarciendâ injuriâ accusator satisfacit, cum scire debeat inultam sibi accusationem non futuram, & in negotio cautionis trium personarum rationem habendam esse rectè monet *Franc. Duaren. ad tit. C. de fidejuss. c. 2. ejus nimirum, qui fidejubet, ejus, cui fidejubetur, & deniq; ejus, pro quo fidejubetur.*

4. Actio autem injuriarum in processu illatarum non datur, nisi primùm finito processu, & causâ principali decisâ, *l. siquidem, 10. & ibidem Sebast. Nev. C. de injur. & hoc frequentioribus Dd. votis comprobatur, Iohan. Fab. in §. injuriarum, 2. vers. cave. Inst. de injur. Henn. Gôd. conf. 30. n. 25. & in praxi receptum, Henr. Bocer. in comm. l. unic. C. de fam. lib. c. 3. num. 32. plures allego discurs. Acad. 3. miscell. 11.* Actio hæc an annalis? Ita respondent allegati à *Zieritz. hïc. c. 20. verb. tenebitur satisfacere.* Sed alii dicunt, eam perpetuam esse, quos etiam sequuntur *Zieritz. ibidem, & Matth. Steph. n. 3. Vide Dn. Henr. à Nebelkra decis. 8.*

5. De Procuratore in criminalibus, vel sive non adhibendo ex professo agunt, *Prosp. Farin. in theor. & prax. lib. 3. var. quest. & comm. opin. crim. tit. 11. per tot. & plures allegati à me in decade consiliorum, conf. 6. num. 91. Iust. Gobler. hïc, artic. 14. verb. quod si accusatio Principum.* Quò ad mores verò nostros à parte accusatoris indistinctè Procuratorem intervenire posse notant, *Matth. Wesenb. in parat. de procur. num. 5. Nicol. Reufner. lib. 3. conf. 3. num. 15. & seqq. Helff. Vlric. Hunn. in discurs. crim. 1b. 54. Andr. Gail. de PP. c. 10. num. 7. Ilic. Vmm. disp. ad process. iud. dir. 3. nu. 28. Iust. Meier. in Colleg. Argentor. d. tit. 2. concl. 5. Dn. Matth. Steph. hïc, nu. 3.* Sic Collegium, vel Universitas aliquem accusans per Syndicum in criminali comparere potest iudicio, modò sufficiens ad legitimum habeat, ad accusandum mandatum; Qui rectè

rectè constituatur Syndicus latè, & eleganter tractant Nicol. Losæus de Iure univers. par. 2. c. 1. num. 23. Ioach. Myns. 1. obs. 76. Mascard. de prob. concl. 1314. Hen. Brun. de var. univers. speciebus. concl. 68. b.

6. Præterea hîc sancitum, accusatorem debere crimen intra certum tempus verum esse evincere. Qui enim non intra competens tempus acculat, causæ renunciaffe videtur, *l. si ea, 7. C. de his, qui accus. non poss.* & criminum quærelæ præscriptione viginti annorum submoventur, *l. querela, C. ad L. Cornel. de fals.* Vide Ern. Cosmi. vol. 4. resp. 31. n. 4.

7. Quæritur hac occasione: An *l. properandum, C. de Iud.* scilicet in criminalibus biennio instantiam perire, moribus nostris ampliùs observetur? id est, si accusator hoc tempus præterire passus liti renunciaffe videatur, accusatus pro absoluto habendus, & ita accusator ab eo ratione injuriarum, damnorum, expensarum reconveniri possit? Practica hæc est quæstio, & hoc in casu discrepantia gravissimorum Jctorum vota deprehendi. Memini ego in ardua quadam causa criminali non incelebrem Facultatem Juridicam A. R. secundum *l. properandum*, respondiße, de Jctis G. idem refertur. Et ita quoq; Lipsenses, in causa Erfordienfis, contra Herman von Hoffe Anno 45 per textum *l. fin. ibi: criminales causas omnimodò intra duos annos à contestatione litis connumerandos finiri censemus, & accusatum absolvimus, C. ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur*, pronunciaffe testis est Mod. Pïst. in process. Iur. script. part. 1. c. 45. de instantiâ Iudicii, n. 1. Pro hac opinione mediufidiùs adduci possunt probabiles rationes, id est, quæ colorem habent, sapore carent, splendent quidem, sed non calefaciunt. Primò ipse Justinianus *d. l. properandum*, perpetuam esse debere sanxit. Confer *ibidem Petr. Gilken. nu. 6.* & consequenter non immeritò in inferioribus potissimum Judiciis in vigore suo etiamnum durat, & permanet, præsertim verò, quò ad causas criminales, *Myns. 2. obs. 48.* Quia juris correctio est odiosa, & vitanda, nec præsumenda, *l. properandum*, abrogatio. Secundò hanc sententiam, non obscure, *art. noster, 12.* firmat, dum in eo accusatori ad probandam accusationem tempus modicum expressè, & disertè constitutum. Tempus modicum autem in causis criminalibus biennium est; & satis longum, & Divo Imp. Justiniano ita visum fuit; contra cujus regulam, Imperialemq; sensum ac legem hac in parte disputandum non est, *l. ult. in pr. & §. 1. C. de ll. attento* quoq; tertio, quod sacratissimus Justinianus non tantum in *d. l. properandum*, sed etiam in *allegatâ l. ultim. C. ut intra certum tempus*, sanxerit, per lapsum biennii criminalium, & triennii civilium causarum instantiam perimi debere. Vide *Petr. Gilken. in d. l. 13. num. 2. Sïchard. ibid. n. 2. 4. 7.* Et hinc omne dubium evanescit. Jus namq; certum dubitationem excludit omnem, & leges dubitationis tollendæ causa constituuntur, *l. leges, 7. in pr. & l. ult. in princ. & §. 1. ubi Dd. C. de legib.* Et cum hoc tempus biennii duobus in locis repetitum; factum hoc ipsum à Justiniano fuit, ne aliqua superesset dubitatio. Quoniam bis idem tollendæ dubitationis causa dicitur, &

consti-

constituitur, pronunciantem *Vlpiano in l. 1. §. 7. ff. de edilit. edict.* Et hoc biennium in criminalibus introductum publico Reipubl. favore, ne videlicet lites fiant immortales, & vitæ hominum modum excedant; quod cum maximo privatorum damno; atque Reipublicæ incommodo conjunctum esse solet, cujus certè interest lites consopiri atque finiri, nec non tanquam in herba extingui. Cur autem in causis criminalibus recisius vel brevius tempus constitutum, quàm civilibus, rationem decisionis tradit *Petr. Gilk. d. l. 13. n. 7. 8.* Quartò considerandum, accusatores nullam cautelam, nec protestationem non fatalium temporum labendorum adhibuisse, quod tamen utile & necessarium fuisset ex cautela adhibitâ à *Myns. 6. obs. 12. in fin. Gail. 1. obs. 141. nu. 9.* Videatur *Sichard. ad l. prope- randum, n. 13.* Hinc accusatores, si non expressè, tamen tacitè liti renunciassè videntur, nec amplius audiendi sunt. Ut enim in actoris potestate est, quando velit experiri: Ita consequenter quoq; in facultate ejusdem est de actione resilire & decedere, cum ejus sit nolle, & renunciare, cujus est velle; & aliàs etiam unicuiq; juri & favori suo renunciare licet, & liti motæ renuntians tam instantiæ, quàm juri in judicium deducto renunciare censetur; præsertim cum causæ Patronus nuncio insinuanti citationem dixerit, ut ab eo relatum fuit: *Ob Be- klager wider anfangen wolte; Seine Herrn wolten an die Lumpensach kein Gelt mehr wenden; Der Botte solte ihm auß dem Hause bleiben/ oder er wolte ihn etwas anders sehen lassen.* Quid hinc aliud concludendum; quàm expressissima litis. & causæ renunciatio, & eremodiciam evincitur. Is namq; qui citationem accipere recusat, similis est dicenti, se ad citationem non venturum, qui propterea amplius citandus non est, *Br. in l. si finita, §. Julianus, n. 8. de dam. inf. Salic. in l. si accusatoribus, n. 3. de accusat. Boër. decis. 206. nu. 7. Nicol. Calvol. in praxi aureâ, §. citatio, §. concl. 6. num. 58.* etiamsi citatus, qui dixit, se nolle comparere, debebat ter citari, *Calvol. d. concl. 6. nu. 59.* Imò citationem accipere recusans, & Judici citanti remittens pro renunciantem, & detrectante habendus, & citationem scriptam Judici remittens contentis dissentire, & ejus jurisdictioni renunciare intelligitur, cum argumentum à contrario sensu sumptum nostris sit fortissimum. Nec resistere putat accusatus objectionem litis non purè contestatæ; quoniam enim quis litem etiam conditionaliter contestari potest, & conditionalis contestatio litis non minus est litis contestationis species, quàm pura in suo genere per tradita *Iusti Mejeri V. C. lib. 5. Pand. Argent. tit. 5. concl. 161.* atque hæc sententia recepta *Ioach. Myns. cent. 3. obs. 74. n. 6. & 9. Georg. Obrecht. de litis contestatione, c. 9. nu. 12. Oswald. Hillig. lib. 24. Don. enucl. c. 1. e. tum quod l. ult. C. ut intra certum tempus,* in genere litis contestationem nominet, nec distinguat. Imò hæc litis contestatio expressa est, quæ sub genere continetur, ut species sub generalitate enim continetur specialitas; & tantum valet generalis dispositio, quantum si singula nominantur. Consequens igitur est, eventualem litis contestationem in hoc negotio ad id sufficere non minùs, quàm puram, ut propter biennium præterlapsam instantia criminalis perempta sit.

8. Sed tenendum est, quod tenet usus, & *l. properandum*, non tantum in Supremo Principis Consistorio, sed in omnibus omnium judicum judiciis in defuetudinem abiisse attestatur *Iohan. Zang. in tract. de except. par. 1. c. 1. num. 70.* ut proinde, quæ Dd. nostri de materiâ instantiæ triennii in causis civilibus, & biennii in causis criminalibus, & de exceptione peremptæ instantiæ anxie, & copiosè disputant, nullum videantur hisce temporibus usum habere. Videantur *Marth. Steph. de offic. judic. lib. 5. p. 5. c. 1. §. 7. num. 99. 100. Casp. Ziegler. in communibus conclusionibus ad auream praxim Nicolai Calvoli directis in præludiis, de instantiâ in genere, n. 72. Regn. Sixt. vol. 3. conf. 10. num. 9. 35 36. & ego d. dec. ad. conf. 6. à num. 11. usq; ad num. 13. inclusivè Herc. Mareshot. 2. var. resol. c. 136. nu. 2. Cunr. Rittersh. de differentiis juris Civilis & Canonici, lib. 5. c. 1. p. 347. Hart. Hartm. tit. 19. obs. 2. n. 4. Iohan. Althus. in Dicae-log. c. 47. nu. 11. Iul. Clar. §. fin. q. 51. vers. alia etiam*, ubi tamen additur hoc quod de causis criminalibus intra biennium finiendis dictum erat, consuetudine non servari. Quare concludo, accusatorem biennium præterire sinentem liti non renunciassè, præsertim si lis nondum contestata, (ante eam enim non perire potest instantia, *Gilken. d. l. 13. n. 11. 12.*) accusatum pro absoluto non habendum, & ita accusatorem, ab eo, ratione injuriarum, damnorum, & expensarum, conveniri non posse. Præsuppositum enim: *Hodie in criminalibus biennio perire instantiam*: cum sit falsissimum, proinde extructa inde corruunt, & in fumum abeunt, verificaturq; illud vulgare: *Collapsa ruunt subductis recta columnis.*

Sed cum non satis sit verum dicere, sed simul contraria refutare oportet, & falsitatis causam assignare, iis, quæ forte objecta sunt, respondebo. Nam objectis non respondere est animi elati, aut ignorantia tenebris involuti. Plura hac de re trado *in decade meâ discursuum Academicorum, disc. 1. concl. 26. disc. 2. in coroll. p. 171. & in decade Consiliorum, conf. 1. num. 162.* & non solum rami dubitationum è mentibus hominum succidendi sunt, sed etiam radices evellendæ, penitusq; extirpandæ, *Iacob. Alem. in palest. consult. conf. 5. p. 257. Dn. Rutg. Rulan. in Relatione von Assuranceurionen/p. 70. n. 152. 153. 154. 155.* Primam quod attinet objectionem; quam omnes leges naturâ sui perpetuæ sunt, *l. 3. C. de ll. l. falso, C. de div. res. l. hac editali, C. de secund. nupt.* attamen negari nequit, quasdam in defuetudinem abiisse. Nonne *l. casus majoris, §. C. de testament.* requirit septem testes in testamento tempore pestis confecto? & tamen communis Dd. sententia est, in eo quinq; tres, vel duos testes sufficere. Septenarium testium numerum licet quidam consuetudine minui non posse, *per l. fin. C. de testamentis*, senserint, attamen contrarium planè praxis observat. Ut in civitate sepeliantur homines, prohibet, *l. Prætor ait, 3. §. Divus Hadrianus, §. ff. de sepul. viol.* Experientia autem, prudentiæ mater, temporis filia locuples testis est, in civitatibus Germaniæ sepeliri homines. Usus *l. si quis in tantam, 7. C. unde vi*, penitus abolitum, & antiquatum esse testantur *Didacus Covar. var. resol. lib. 3. c. 19. n. 7. Franc. Sarm. lib. 2. select. inter c. 13. nu. 7. Andr. Clud in rer. quotid. sect. 4. n. 66. Iohan. Sneid. ad §. ita tamen, n. 7. Inst. de vi bon. rapt. Sic l. nemo,*

nemo,

nemo, C. de Iudæis, inter Judæos non servatur, & per non usum in defuetudinem abiit, Barb. cons. 13. num. 2. vol. 4. Iul. Clar. recept. sent. 5. §. incestus, num. 11. & plures alii allegati ab Alex. Trentac. lib. 1. ref. 3. de consuet. num. 22. Regn. Sixt. inter Altorphina Consilia respons. 100. ferè in fin. Iohan. Baptist. Cesar. ibidem cons. 109. Cur igitur non esset fides adhibenda tot, & tantis Jctis, suprâ allegatis, verè asserentibus, l. properandum, in defuetudinem abiisse, præsertim in criminalibus; ut post Iul. Clar. Nicol. Vigel. hic, c. 3. reg. 5. in fin. Matth. Steph. art. 77. in fin. attestantur. Quia Iulii Clari opinionem ultimo loco referunt. Ideoq; videntur eandem approbare per tradita à me in decad. cons. 1. num. 196. Verum quidem, asserenti legem aliquam usu non receptam esse onus probandi incumbere, prout decidunt Lud. Schrad. de feud. part. 10. sect. 20. num. 253. vers. ideoq; is, qui non usum, Andr. Knich. de privil. non prov. verb. jus, c. 3. num. 21. vers. ideoq; asserens legem, Iacob. Schiilt. par. 1. quest. pract. 5. nu. 8. Nec requiritur, ut constet, eam aliquando esse observatam, ut putat Andr. Schef. 2. q. 14. num. 12 qui displicet hoc in casu Christ. Besold. de juramento calumnie in parergo, attamen Doctoribus illustribus, & præsertim Pragmaticis de defuetudine attestantibus, fides adhibetur, per tradita ab Ern. Cothm. vol. 1. cons. 5. num. 56. Alex. de Nev. inter cons. matrim. tom. 1. cons. 39. n. 17. & ibi Iohan. Bapt. Zilett. a. ubi dicit, hanc esse communem Dd. sententiam, & Ioach. Myns. dicit, eandem in Camerâ Imperiali receptam esse cent. 6. obs. pract. 41. num. 3. cum seqq. Nec Myns. suprâ contra nos allegatus, si cum micâ falsis intelligitur, nobis obesse videtur, & posito, quod nobis non astipularetur, quid ille solus, tam multis contradicentibus, efficere posset? Pluribus Jctis enim magis, quàm uni credendum, & unius Doctoris autoritas non facilè recipitur, Ruyg. Ruland. in Relatione von Affecurationen/ p. III. num. 304. Secundò, ut eo ordine diluantur objecta, quo proposita, ne videar equum per caudam frenare, modicum tempus quid sit? arbitrio Judicis committendum relinquo, & ita est planè arbitrarium. Modicum tempus denotat decennium interdum, aliquando annum, aliquando biennium, aliquando quinquennium & septennium, Card. Tusch. in pract. concl. 37. num. 1. cum seqq. tom. 8. instantia autem hodiernis moribus non perit biennio in criminalibus, sed perpetua est, & contra receptam Germaniæ consuetudinem, ut stimulum, calci-trare durum est, attento quoque, quod accusationem in continenti producto originali famoso libello probatam esse accusatores autumant. Nec sequitur tertio, instantiam biennio in criminalibus perire, bis in jure Justiniano repetitum esse; ut nulla superesset dubitatio. Quia variis in locis, & ll. jubetur; Septenarium testium numerum in testamento adhibendum esse; attamen illum consuetudine minui posse suprâ dictum, & penes me nullum est dubium, disc. Acad. 3. concl. 10. 21. 22. 23. Fateor l. properandum, divinam esse, quâ sanctissimæ memoriæ, & incomparabilis justitiæ Patronus Justinianus Imperator malo sacræ Justitiæ perniciosissimo prævenire voluit, & obviare, & antiquam prioris Jurisprudentiæ, piorumq; Judiciorum, seculorumq; sanctitatem processus revo-

cando, quæ & qualis venerandæ antiquitatis in Judiciis, litibusq; abbrevian-
dis sanctitas & æquitas, utinam ô cælum, ô terra, utinam ô sanctissime DEUS,
nobis restituerentur, ut graphicè loquitur Dn. Petr. Frid. Mind. de interd. comm. 12.
num. 67. Sed ut nunc res sunt; id vix sperare integrum, & annosam quercum
transfert, qui vestitos ævi nostri mores in melius mutare conatur, adeò, ut cum
Jcto Vlpiano dicere possimus in l. 13. §. 7. ff. de injuriis: Usurpatum & hoc est,
tametsi nullo jure, & ultrò largior, l. properandum, introductam esse, ne lites sint
immortales. Hodierno tempore autem, proh dolor, lites non sunt mortales.
Vide hac de re elegantissimè differentem Bern. Zieritz. hic, c. 77. Quartò accusa-
tores subitanèam justitiæ administrationem, attestantibus Actis, urserunt, &
eo ipso non renunciarunt instantiæ, & hæc hodiernis moribus perpetua, & per
consequens protestatio de non labendo biennio minimè necessaria fuit. Imò
renunciatum nulli juri videtur, nisi hoc expressum Jos. Masé. de prob. conclus. 1263.
num. 3. 4. & non præsumitur renunciatio, ubi alia conjectura, etiam levissima,
est in contrarium. Dec. in l. cujus per errorem, 53. in fin. ff. de R. I. Lud. de Casan. cons. 43.
num. 36. Nec refragatur relatio nuncii. Quia ei non creditur sine juramento.
At nondum constat, nuncium juratum fuisse, aliàs nuncio referenti, si sit jura-
tus, se citasse, credendum est Theod. Reink. in enarr. tit. 1. lib. 2. C. part. 5. num. 182. &
ei creditur in his, quæ ad officium ipsius pertinent. Quod si verò res excederet
ipsius officii fines, veluti si diceret, se lapidibus salutatam, vel verberibus cæ-
sum, vel aliter injuriatum, hujusmodi relatio fidem non impetrabit, etiam si
nuncius sit juratus, Rutg. Ruland. in additionibus & notis ad tractatum de commissioni-
bus, lib. 4. c. 23. ad num. 17. Petr. Gilk. in d. l. properandum, num. 8. Imò negant Bald. in l. 1.
§. cura carnis, ff. de offic. præf. urb. Iohan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de sentent. versic. citatio
debet esse legitima, credi nuncio, si ex citato se audivisse significet, quod venire
nolit; Quod deniq; de eventuali litis contestatione allatum est, puto in crimi-
nalibus puram requiri litis contestationem, & aliàs proprium litis contesta-
tionis est, ut expressè fiat, categoricè, non conditionaliter, & eventualiter, sed
purè Ord. Cam. Imp. par. 3. tit. 32. §. so sollen auch / Schwan. 1. de process. 43. in pr. Obrech.
de lit. contest. c. 9. in fin. & sæpè fit, quod eventualis litis contestatio pro purâ acce-
ptatur, Lud. Gilh. in arb. jud. c. 4. ram. 2. n. 12. Sequens sententia post multas disputa-
tiones lata fuit. In Appellationssachen J. W. R. Klägern / vnd Appellanten an
einem / entgegen vnd wider N. N. beklagten Appellaten / anders Theils / Er-
kennen von Gottes Gnaden / Wir Jobst Herman / Graff zu Holstein; Schau-
wenburg vnd Sternberg / Herr zu Behmen vnd Bergen / nach gehabtem
Rath der Rechtsgelehrten / vor Recht / daß die eingewandte Appellation / ihrer
Formalien halben / beständig / vnd diese Sache zu gebührender erörterung an
vns erwachsen / die materialia aber belangend / Erscheinet auß den Acten allent-
halben so viel / daß die Conventionsache / Appellatens Vorwendens vngehin-
dert / nicht perimiret / vnd erloschen / vnd davor nicht zu achten / daß derselben von
Appelo

Appellanten renunciiret / Derowegen des Raths zu Rintshelen / als des Richters voriger Instanz / ertheiltes Decret / vnd darauff außgangene Citation / davon appelliret / billich wider zu cassiren vnd auffzuheben / vnd des Appellanten Reconvention. Klage noch zur Zeit nicht zulässig / sondern Appellat nochmals Inhaltes derer in voriger Instanz am 20. Februarii / vnd 29. Decembr. Anno 1617. eröffneteter Brethell litem zu contestiren / vnd auff die Conventio. Klage / vnd dero Articul zu antworten schuldig / oder in dessen fernere Verbleibung lis pro purè contestatâ allenthalben zu achten / etc. Publicat. Bucheburg / den 17. Tag Augusti / Anno 1630.

9. Planè hæc actio denegatur, si accusator justam, & probabilem causam habuit, ut unanimi consensu, nemine penitus dissentiente, statuunt Gobleus, Zieritz, & Matth. Steph. n. 5. hic, & artic. 99. Prosp. Farin. lib. 1. tit. 2. q. 16. nu. 34. per textum expressum in l. 1. §. 3. ff. ad l. Ctum Turp. vide art. 99. art. 201. & ibidem Zieritz. verb. ubi etiam, art. 153. art. 166. in fin. Confer Matth. Coler. conf. 13. num. 22. 25. Litigandi causam justam dicitur habere; si de causâ controversâ variæ sint Dd. opiniones; item, si litigator celebris Doctoris autoritate nitatur, vel duorum clarissimorum Doctorum Consilia pro se habeat. Lud. Gilhaus. in arbit. judic. crim. part. 7. cap. 9. num. 18.

10. Accusato integrum est, accusatorem convenire, vel coram Judice, cujus jurisdictionis iste subjectus est, vel eodem, sub quo controversia fuit, ne continentia causæ dividatur, & tempori & sumptibus parcatur.

11. Deniq; hæc res velo levato, summarie, & de plano decidi debet. Et ut in criminalibus causis appellationes prohibita, Recessu Imp. An. 1530. §. item als jetzt erstliche Zeit / quod tamen cum micâ falis, non de universali quâdam Germaniæ consuetudine intelligendum, ut ad oculus demonstrat Henr. Nebelk. de is. 20. per tot. & post eum Responsum Iuris in arduâ causâ concernente processum quemdam adversus sagam nulliter institutum, q. 3. nu. 530. cum seqq. Vide de appellatione in criminalibus recipiendâ, vel non pro & contra differentes Dan. Moller. lib. 4. Semestr. c. 33. Fichard. conf. 123. nu. 3. part. 2. Wurmbf. 1. obstiz. 24. obs. 18. nu. 3. Myns. cent. 4. obs. 41. nu. 3. Gail. 1. obs. 1. nu. 27. & lib. 1. de PP. c. ult. n. 36. Andr. Rauch p. 2. q. 8 nu. 43. Matth. Berl. vol. 1. concl. pract. 35. nu. 36. Georg. Obrecht. disp. 2. th. 446. Petr. Frid. de mand. lib. 1. c. 9. Petr. Denais. Iur. Camer. tit. 32. nu. 1. Rutg Ruland. de commiss. part. 1. lib. 2. c. 3. n. 15. Ilic. Vmm. disp. 4. n. 80. meum disc. Acad. 7. concl. 32. Henr. Bocer. de Iurisdic. c. 3. num. 83. cum seqq. Ita vi hujus constitutionis ne quidem in puncto expensarum causæ criminalis appellare licet, Dauth. de testamentis, n. 208. Christ. Besold. de appell. c. 7. num. 4. Adhuc in recenti habeo memoriâ, quæstionem: An citatio, compulsoriales, & inhibitio, & ita pleni processus à G. C. petiti, cum S. pro venificâ traduxerat, & C. per sententiam pœnæ perpetuæ relegationis imposita esset, à qua ad C. P. appellarat, decernendi? variè disputatam: Quidam Processus denegabant, & dicebant in causâ criminali nō appellari posse. Alii purè eos decernebant. Quia C.

in suo instrumento appellationis insignes, & enormes nullitates deduxerat, quæ si ex actis ita apparuerint, suoq; tempore probatæ fuerint, putant satis, superque Judicium fundatum esse. Alii periculo partis decernebant processus, ut scilicet auditis partibus, & præhabita diligentiore cognitione, forte adhibito etiam aliorum peritiorum consilio, res decideretur, vel cum modificatione, *Daß die gebetene Prozesse / auff die Besichtigung der Acten voriger Instanz / vñnd mit Außschliessung aller anderer Handlung zu erkennen / pertradita ab Ern. Cothm. resp. 14. num. 83. & resp. 16. nu. 156. lib. 1. Vide Iohan. Mollerb. disp. 1. iur. controu. q. 9. De provocatione ad Judicium, & Tribunal Dei quid sentiendum? consulendi Phil. Camer. cent. 3. hor. subcis. 38. Christ. Besold de appell. c. 2. nu. 13. Iust. Zinzer. de appell. th. 64. Sam. Mager. in nucl. hist. lib. 1. c. 7. p. 41. Carpzov. de Capitul. Casar. c. 9. num. 2. Sim. Schard. in eleganti Epistolâ dedicatoriâ, præfixâ repetitioni L. Imperialem, de prohibitiâ feudi alienatione Auctore Bartholomæo Camerario.*

ARTICULUS XIII.

Accusatoris cautio, reo fatente, sed excipiente.

1. Si accusatus dicit se commisisse casuale homicidium, vel moderate inculpatae tutelæ se defendisse, jure communi de lite prosequenda, & refarcienda injuria, ex hac verò ordinatione de expensis, quibus damnum quoq; perpeßum annumeratur, & injuriæ nomine cavebit accusator, *per textus allegatos à Zierus. Matt. Steph. hic.*

2. Nequaquam verò Judices hoc casu quæstionibus uti properabunt, sed defensio prius reo, etiamsi non justa appareat, concedenda cum causæ cognitione, quo in casu meritò plures reo dantur dilationes, quàm accusatori, cum istius persona favorabilis, & secundum *Desid. Erasmi Roterod. lib. 18. Epist. pag. (mihi) 18. solent reis plures infundi clesydrae, quàm actoribus. Expedita res est accusare, sed multiloqua defendere.*

3. Quid autem dicendum, si reus, datis fidejussoribus, petit relaxari, & è carcere dimitti? Vide *Steph. hic*, ubi post *Clarum §. fin. q. 46. num. 6.* hoc adfirmat in causa levi, & ubi non ingeritur corporis afflictiva. Illustre Megapolitanum Judicium, præstita cautione, hosce, qui culpa, & fortuito casu, non dolo, hominem interimunt, carcere eximunt, ut attestatur *Iohan. Sibrand. p. 1. Iuris Lubec. sect. 24. num. 32.* Judex autem in casu, in quo carceratus de jure venit fidejussoribus relaxandus, si illum relaxare recuset, tenebitur ei in Syndicatu actione injuriarum, *Prosp. Farin. part. 1. tract. crim. tit. de carceribus, q. 33. num. 7. Rutg Ruland. de commiss. in addit. ad lib. 4. c. 1. par. 2. p. (mihi) 105. Matth. Berlich. p. 5. concl. pract. 59. n. 120.*

ARTICULUS XIV.

Accusatoris non caventis detentio.

1. Non repetam hîc, quæ notavi *ad artic. 12. concl. 1.* ne videar insistere vestigiis Batti, cujus meminit Favorinus, qui dum simulacra & statuas versibus

bus

bus & hymnis celebraret, eandem sæpiùs cantilenam, sive batalogiam occinere solebat. Hoc tamen non negligendum, instituta accusatione à Principibus, sive Ecclesiasticis, sive Politicis, aliisvè egregiis & illustribus personis contra inferioris conditionis hominem eo casu ejusmodi vadem, qui haud disparis cum reo sit conditionis: ibi *nicht geringer Achtung / als der Beklagter /* iudicio sistent, sive carceri, sive custodia tradendum, qui, si satisfecerit, custodia, & vinculis liberabitur, *Zieritz. hïc.* Confer ea, quæ in *auctario hïc* tradit *Iust. Gobler.* ubi post *Ciceronem*; & alios non vulgare quiddam de Damone & Pythia scribit. Vide *Philip. Comin. 2. comment. p. (mibi) 367. 368. 369. 370.*

2. Donec autem reus & accusator carceri vel custodiae mancipati, amicorum & Advocatorum aditus ad eos, & abitus non est præcludendus, *Bajard. ad Clar. q. 49. Matth. Wesenb. conf. 79. n. 12. 13. vide art. 47. concl. 3.* & Judices incarcerationis aditum præcludentes Herodem crudelitate superant, qui Johannem Baptistam ita in carcere detinebat, ut nihilominus posset à discipulis visitari, *Wigel. in Postill. fol. 18. Christoph. Besold. 2. polit. c. 2. p. (mibi) 613. in fin.* Videndum tamen, inquit rectè *Iustinus Goblerus Goarinus hïc in auctario, verb. accersere & alloqui,* ne sub hujusmodi indulgentia fraudis quippiam struatur magistratui, aut crudelitas. Quod maximè in pertinacibus, temerariis, & suspectis considerandum est. Cæterum pietas est; juvare amicum in tali discrimine, & periculo, quod sæpè factum legimus; tamen quatenus hoc fieri debeat, etiam disputatum est à Philosophis. *Gell. lib. 1. c. 3.*

3. Quæritur: si accusator fidejussoribus, neq; pignoribus cavere possit, an juratoriae cautioni locus sit? Textus criminalis constitutionis præcisè, vel satisfactionem, quæ fit fidejussoribus, vel pignoribus, vel incarcerationem requirit. At huic decisioni Imperatoriae meritò inhærendum, ut Bononienses Caroccio suo inhærent. Non igitur facilè in criminalibus juratoriae locus cautioni, & eam admittere cum periculo conjunctum, *Zieritz. hïc.* Communis & æquior aliis JCtis videtur sententia, eum, qui propter paupertatem, aut inopiam fidejussores invenire, vel pignus dare nequit, ad juratotiã admittendum cautionem, *per textus à me citatos disc. Acad. 8. mant. 12. & decad. conf. 4. num. 1. 2. cum seqq.* aliàs fidejussoribus, vel pignoribus destitutus jus suum consequi non posset, manifestè contra Reipublicæ utilitatem, *Matth. Wesenb. in Pand. nu. 10. qui satisf. cog. Matth. Berlich. par. 1. concl. pract. concl. 13. n. 41.* Cùm Justitia tam pauperi, quàm divitiæ equaliter administranda. Vide *disc. meum Acad. 10. concl. 21.* Et quoties cautio exigitur, talis intelligitur, qualis præstari potest, quia impossibile nulla est obligatio. Et fanè inhumanum esset, rerum inopia oppressis, &, qui fidejussores invenire nequeunt, novam adjungere calamitatem contra *l. jure succursum, ff. de jur. dot. l. 14. ff. de offic. presid. l. navis, §. cum autem, ff. ad l. Rhod. de jact. c. cum ex parte, de Cler. egrot. Petr. Royz. decis. Lit. 4. n. 291.*

4. Si ultima sententia ab aliis approbaretur, non tamen simpliciter
quis

quis admitti ad juratoriam cautionem posset, sed Judex prudens, & discretus æstimabit hoc, ex personarum & causæ qualitate, & adjectâ hac limitatione, ut cavere volens prius jurejurando adfirmet, se fidejussores, vel pignora invenire non posse, antequam ad cautionem admittatur juratoriam. Ego latius hoc trado *d.conf.4.n.4.5.*

5. Sed an reus ad cautionem admittendus juratoriam? Si de crimine capitali agitur, & de fugâ suspectus est, è carcere non dimittendus est, quicquid contra disputent allegati à *Dn. Zieritz.*

ARTICULUS XV.

De alio cautionis genere, cùm accusator indicia probarit, aut suapte sponte manifestum delictum sit.

1. Impræsentiarum accusator cavebit, se accusationē suam juxta hanc constitutionem persecuturum, nec ad aliam cautionem tenetur.

2. Quomodo actuarii, sive Scribæ Judicii munere suo in causarum criminalium gestis conscribendis rectè fungantur? traditur. Vide *Zieritz. Steph. hic. Cothm. vol. 3. resp. 30. n. 89. 90. 91.* Quæ præterea Notarii partes sint, declarabitur inferius *art. 181. & seqq.*

ARTICULUS XVI.

De criminibus manifestis.

1. In criminibus manifestis, & satis liquidis, non tamen satis certis (in his enim torturæ locus non est, ut *Dd. autoritatibus Zieritz.* probat) ad eruendam veritatis confessionem, si reus obstinata quadam pervicacia ea diffiteri pergat, nec innocentiam suam argumentis contrariis probare possit, ad torturam justissimè proceditur, ut hac ratione, sine proluxa protractione, sumptuumq; dispendio sententiæ in reos ferantur, & provinciæ malis hominibus purgentur. Carceratos morte promeritos citò occidere misericordiæ genus. Eleganter *Anton. Hering. de fidejuss. c. 1. num. 31. cum seqq.* cui adde omninò *Dn. Herm. Goëhaus. in alleg. tract. de venefis. tit. 4. m.* Vide notata *ad art. 9.*

2. Hæc manifesta crimina vulgus vocat notoria, quando facti evidentia subest. Multa tamen dicuntur notoria, quæ notoria non sunt, & propterea probatione indigent, ut elegantissimè deducit propter ætatem rude donandus *JCtus Rutg. Ruland. in relatione, sive Erledigung etner schweren / in Asscurations sachen / vorgestalter Fragen: Ob nemlich / wann etner auff ein Schiff sich versichern lasset / aber kein premium bezahlet / vnnnd hernacher zur See Schaden erfolgt / alsdann denselben er als asscuratus von den asscuratoribus zu fordern vermüge? pag (mihi) 68. num. 142. cum seqq. p. 85. num. 196. cum seqq.* De notorio plura *Metzger. consil. crimin. 15.*

num. 76.

ARTI-

Accusatoris mansio.

1. Duo in hoc articulo continentur. Primum est de domicilio ab accusatore indicando, quo acta ei sint transmittenda. Alterum est de mercede nunciis acta perferentibus ab accusatore solvenda. Ultimò subjicitur, actuarium debere loci situm, domusq; nomen, quam accusator indicarit, in acta judiciaria referre, *Steph. hïc.*

2. Quis absens hïc intelligendus pro subjectâ materiâ facilè animadverti potest *Zieritz. hïc.*, ubi quoque dicit ex aliis, quot passus ad Germanicum milliare requirantur.

ARTICULUS XVIII.

Judiciorum preparatoria.

1. Haëtenus Imperator, primam hujus Judicii telam detexuit, quam nunc abrumpens, ad ulteriora progreditur. Cùm enim, ut inquit eleganter *Zieritz. hïc.*, duplicem illam in hoc templo Justitiæ aperuerit portam, unam inquisitionis, alteram accusationis, de reorum capturâ, accusatorum cautionibus, aliisq; præparatoriis rerum capitalium disseruerit, oppido se confert ad ipsam indiciorum materiam, quæ cùm difficulter, certisq; regulis includi possit, promittit tamen Imperator, se id quantum possibile, facturum.

2. Bona verò indiciorum pars in conjecturâ sagacis, providi, & legalis Judicis consistit. Neq; enim leges, neq; Senatusconsulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoq; inciderint, comprehendantur *l. 10. l. 11. ff. de ll. ideò ad similia procedendum est, l. 12. l. 13. ff. de ll. l. 7. §. 2. de iurisd. l. 30. in fin. de negot. gest.* multò minus verò omnium factorum circumstantiæ unâ quasi tabellâ ob oculos poni queunt, quæ tamen in quolibet negotio diligenter considerandæ sunt *Cothm. 3. resp. 39. n. 14. Ant. Rob. 1. rer. judic. 6. Vide Iust. Gobler. hïc in auctario, & art. 19. in auctario, Zieritz. art. 24. verb. siquidem omnium factorum, Steph. art. 25 in initio.*

ARTICULUS XIX.

De verbi, indiciorum, significatione.

1. Quanquam verba sunt rerum notæ, picturæ, & tesseræ, tamen, cùm neglectus verborum rerum pariat incertitudinem, rectè Imperator in hujus materiæ vestibulo vocis, indiciorum, significationem persequitur, ne aliquid priùs determinatur, quàm terminus intelligatur, neq; committatur ambiguitas, quæ errori similis est, & ad finis. Plura trado hac de re *discurs. Acad. 2. concl. 1.*

2. Sub nomine, indiciorum, semper & ubique intelligi debent argumenta, suspensiones non leves, conjecturæ jure probatæ, adminicula, præsumptiones, & quæ in generis alia *Steph. hïc.*, ubi definit indicium esse signum, sive adminiculum demonstrativum delicti, vel alterius facti, de quo quæritur. Vide *Prosp. Farin. lib. 1. tit. 5. q. 36. per tot. Zieritz. hïc.*

COMMENTARIOLUS.
ARTICULUS XX.

Ne quis sine legitimis probatis indicis torqueatur.

1. Legitima indicia dicuntur, quæ legibus probata, nec merè ex arbitrio, & opinione privatâ Judicis dependent, *Regn. Sixt. vol. 2. Conf. Marburg. 16. n. 9 cum seqq.* Hinc consuetudinem tanquam irrationabilem rejicimus, quâ passim in Germaniâ, & aliis vicinis provinciis sagarum in aquam frigidam immersio pro legitimo, sufficientiq; ad torturam habetur indicio. Non est enim hominum potestas, conditio, & auctoritas, ut suo arbitratu sacramentalia constituent. Nam, cum Deus sit sapientissimus, non opus habet, ut nostro cogitatu, seu industriâ illi paremus instrumenta salutaria, absque ejus mandato. Siquidem hoc nullus artifex in suâ arte ferret, sed ipsemet vellet sua instrumenta sibi deligere, *Philip. Camerar. cent. 2. oper. subcis. 18.* Et ideò rectè de jure prohibita est hæc sagarum per aquam frigidam probatio, *Iohan. Gerhard. decad. 6. polit. quest. 10.* Hinc in Jure Canonico vulgaris appellatur, quam vulgus invenit, ac sequitur, nec dubitat *Franc. Hotom. in fin. disp. de feudis*, hanc probationem furiosam appellare *Bodin. 4. de Dæmon. Mag. 4. Petr. Binsf. de confess. malefic. fol. 314. Rudolph. Goclen. in Oratione de hac re habitâ, Godelm. lib. 3. de Mag. cap. 4. nu. 20.* ubi rationes adfert, contraria solvit, & memorabile exemplum, quod ipsemet in Livoniâ Anno 1588. vidit, adduxit, hancque sententiam omnes Facultates Juridicas in Academiis Germaniæ approbasse testatur, & *Matth. Berlich part. 4. concl. pract. 4. num. fin.* hanc probam damnantes magno allegat numero Doctores, *Ioach. à Schepl. in consuet. Brandenb. part. 4. tit. 13. nu. 32. cum seq. n. 36. cum seqq. Haubold. von Endt discurs. crim. c. 3. concl. 163. Mart. Delrio lib. 4. disquis. mag. p. 573. cum multis seqq. Eberh. Spekh. cent. 3. class. 4. q. 9. n. 5. Henr. Bocer. de tortur. c. 3. nu. 101. Vent. de Valent. in Parth. litig. lib. 1. c. 13. nu. 6. Bernh. Zieritz. c. 20. verb. licet reus, Matth. Steph. de offic. lud. lib. 9. c. 12. nu. 34. Vide Frider. Heinius in dissert. que fit per ignem, vel aquam frigidam, membr. 2. p. 9. cum seqq. Theatrum de veneficiis, tract. 10. p. 229. & Franc. Torreblan. in Dæmonologiâ, lib. 1. c. 23. num. 39. cum seqq. Diss. Scribon. in suâ Physiolog. & in Epist. ad Lemgov. quem quidem Serenissimus Magnæ Britanniæ Rex Jacobus in Dæmonologiâ, lib. 3. c. fin. defendit, tamen eundem nominatim refellunt quàm plurimi, *Godelm. d. l. Ewic. Neuwalt, Ignotus patronus veritatis, Cunradus ab Anten. Otto Melander peculiarib. tractatibus, Herm. Goëhaus. in decis. trium questionum usu frequentium, q. 1. & postea in decisionibus aliquot questionum ad materiam veneficarum pertinentium, q. 1. His adde Treutl. vol. 2. select. d. sp. 4. de probat. th. 7. lit. d. & ibidem Helff. Vlr. Hunn. Vide quoq; Reinerum Bach. Echt. Responsum juris in arduâ causâ concernente processum quendam nulliter contra sagas institutum, q. 3. n. 499. cum seqq.**

2. Prædicta indicia, si non præcesserint torturam, tortus ex solâ illâ confessione non est damnandus, etiamsi millies illam ratificarit *Myns. cent. 5. obs. 23.* ubi invehit in Magistratus criminales nostri ævi. Cautè igitur cum torturâ procedendum, ut notavi *art. 8.*

3. De

3. De pœnâ Judicis non legitimè torquentis egimus, *art. 6.*

4. Juramentum de non vindicando carcere, *Brphede* / non excludit vindictam Juris, sed facti, ut latius tradunt *Zieritz. hïc, & c. 108. verb. temerè & ex proposito, Steph hïc, nu. 5.* & ab iis citati. Hinc processus relaxationis, quò ad effectum agendi impetrantur, *Ord. Cam. par. 2. c. 24. Matth. Steph. de iurisd. d. lib. 3. part. 1. c. 3. n. 70. & c. 14. n. 81. cum seqq. Andr. Gail. 1. obs. 22 nu. 1. Confer Rur. Ruland. de commiss. lib. 4. c. 16. p. 2. n. 2. n. 99. & c. & me in discursibus Academicis, disc. 4. p. (mibi) 286.*

ARTICULUS XXI.

Ne indicis, quæ à Magis proferuntur, fidem iudices adhibeant.

1. Magos non uno modo dictos, tradit elegantissimè piissimus, modestissimus, ac doctissimus Theologus *Dn. Georg. Calixt. in historia Magorum, ex cap. 2. Matthai, p. (mibi) 8. & quoq; Dn. Frid. Balduin. de casibus conscientia, lib. 3. c. 5. pag. (mibi) 709. cum seqq. in Proem. Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 4. de veneficio, nu. 10. 11. Iustin. Gobler. hïc, in auctario, in fin.* Hoc loco verò intelligendi sunt Magi, qui, ad quæsitâ, autores furti, vel aliorum maleficiorum indicant, Germanicè *Wahrsager* / vel verius; *Lügensager* / vide *Simonem Majol. 2. Colloq. Canicul. 2. Mart. Delrio. in disquis. mag. 6. disq. mag. 2. sect. 1. q. 2.* Hi itaq; si consulti aliquem furem, vel alterius maleficii autorem indicant, ex tali denunciatione, neque ad incarcerationem, neque quæstionem procedendum, *Matth. Steph. hïc.* Imò tam delatores, quàm ariolos, aut magos puniendos esse, non quidem pœnâ ordinaria veneficii, sed extraordinaria tradit *Dn. Matth. Berlich par. 4. concl. pract. 4. n. 41. & seqq. ubi huc spectantia videbis, & quem imiratus est Steph. hïc, nu. 2.* Plura habet *Berlich. d. par. 4. concl. 5. num. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98.* Deus severissimè sub pœna exterminationis interdixit consulere magos, incantatores, veneficos, & ariolos, *Levit. 19. v. 31. & cap. 20. v. 6. Cunrad. Theod. in Analyfi Evangeliorum Domin. Reminiscere, obs. 4. p. 321. & Dom. 12. post Trinitatis, doct. 12. Sig. Vitt. cons. crim. 1. nu. 4. 8. Theatrum de veneficiis, tract. 16. p. 392. in fin. Frid. Balduin. d. loc. cas. l. p. 717. 718.* De Jure Civili verò ait *Matth. Berlich. d. part. 4. concl. 5. num. 87.* licere pro rebus perditis recuperandis, vel morbis depellendis & curandis, ad sortes & inspectionem astralabii, seu Crystalli recurrere, & magos & veneficos consulere, cui *Henr. Bocer. in tract. de omnis generis homicidio lib. 1. c. 4. num. 87.* ad stipulatur, contradicit tamen *Christ. Besod. lib. 1. polit. 3. n. 5.* ubi dicit, etiam Jure Romano consulentes capite plectendos. Jure Canonico inspecto consilium & auxilium petere à Magis & veneficis non licet, *Berlich d. concl. 5. num. 88. 89. 90.* Videantur *Francisc. Torreblan. in Demonologia, lib. 2. c. 5. Theatrum de veneficis, tract. 2. Lamberti Danzi, c. 6. Thesaurus exorcismorum in fuste Demonum in malignos spiritus, c. 5. p. 443.* Certè quòd magi & veneficæ possint fures investigare & indicare, dubium omninò nullum est, quibus autem modis ad id utuntur, tradit eleganter *Iohan. Wier. tract. de prest. Demonum, lib. 5. cap. 5. & c. 6.* Vide allegatos *Dd. ab Eberh. Speckh. cens. 3. class. 4. q. 9. 12. p. 1172. Balduin. de ca-*

sib. conscientia, lib. 3. c. 6. cas. 5. p. 796. 797. Sic etiam Magos morbos depellere, & ægrotos curare posse extra omnem dubitationis aleam positum, (vide *Paracels. lib. 15. de morb. invisib. p. 183.* qui putat à Diabolo medicamenta accipere volupe esse) quibus autem modis carminibus, & verbis id efficiunt; tractant *Wier. d. lib. 5. c. 8. c. 9. c. 10. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. & c. 19. Iohan. Georg. Godelm. in tract. de mag. & venef. lib. 1. c. 8. n. 12. 13. 14. usq. ad n. 37.* Vide *Frid. Bald. alleg. loc. c. 5. cas. 3. p. 723.* Nonne anus illa, & venefica, cujus *Iod. Damhoud. in prax. crim. c. 37. num. 21.* mentionem facit, multarum matronarum filios & filias quasi miraculosè curavit, gibbos liberavit, crura, tibiasq; contractas ilicò restituit? idq; non arte, aut externo aliquo medicamine adhibito. Nonne dicebat Burgimagistro. Vis feliciter à podagræ cruciatu liberari? Ego hoc malum, si voles, ilicò & feliciter in te curavero. Ad quam ille: Curares, inquit? Optarem ab hoc morbo penitus curari posse duobus millibus ducatorum, quos tibi jamjam etiam numeravero, si, quod verbis promittis, re præstare poteris. Ad quem Consilarii præsentis: Domine (inquiunt) Burgimagister etiam atq; etiam dispice quid dicas, quidq; facturus sis. Hinc rectissimè ait *Victor. Strigel. in Exod. p. (mibi) 45. loc. 10.* Et si Diabolus unum atque alterum sanat, quod non est difficile, non impossibile spiritui tot seculis exercitato, & omnium simplicium peritissimo (videndus *Eberh. Speckh. cent. 3. class. 1. q. 3. p. 63. num. 4.*) tamen hæ sanationes ad nocendum maximæ parti hominum comparatæ. Hinc quoq; monet *Eberh. Speckh. d. q. 3. 6. p. (mibi) 62. 64. 65. 66. 67. 68. 69.* cum Dæmones conjugalem congressum impedire possint, secundum *Petrum Paludanum lib. 4. sent. distinct. 34.* & hoc impedimentum novis conjugibus sæpè adferri notissimum, neq; nova res sit. Adde autores à *Bernhar. Zieritz. hic. art. 133. vers. aut marem enervaverit*, allegatos. Vide omninò *Iohan. Bodin. de Magorum Dæmonomania, lib. 4. c. 5. pag. (mibi) 657.* *Eichrod. de public. judic. concl. 29. e. Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 4. nu. 92. p. (mibi) 316. 317.* imò *Paul. Cypr. scribat in tract. de jure connubiorum, p. 1. c. 9. §. 13 n. 40. in fin.* cum Tornari Anno 1585. nomine Adolphi Ducis Holsatiæ legatione functus fuerit, se vidisse duos juvenes carrhis per urbem vectos, & virgis cæsos, quod nodo ligulæ maritos aliquot fascinaissent, pro resolutione hujus nodi & vinculi ad Diabolum, & diabolicas & impias superstitiones non confugiendum, sed ad Deum permittentem jejuniis & orationibus recurrendum esse. Vide eleganter quæstionem hanc: An bona conscientia magicis artibus contra magos uti fas sit? decidentem *Frid. Balduin. d. loc. lib. 3. c. 5. cas. 11. p. 752. cum seqq. multis.* Num Astrologus, qui ex astris, vel Chiromanticus, qui ex lineamentis manuum, vel Physiognomus, qui ex figura corporis respondit; quempiam furem esse vel adulterum, aliòve crimine maculatum, qui non erat, injuriarum actione conveniri possit? Vide *Harpp. in §. non solum, 11. Inst. de injur. n. 53. 52. cum seqq.* ubi negativè respondet.

2. De pœna Judicis ob magica indicia aliquem incarcerantis, vel torquentis remitto me *ad art. 6.* Adde *Bernh. Zieritz. hoc art.*

ARTI-

ARTICULUS XXII.

Ad indicia criminis accusatus torqueri tantum, non etiam ultimâ pœnâ affici potest.

1. Nemo capitis condemnandus, ne quidem in criminibus occultis, & difficilis probationis *Pulchrè hac de re hïc Dn. Bernh. Zieritz.* sed vel ex propriâ confessione, vel ex sufficienti probatione. Ad indicia tamen, sat sufficientia accusatus torturæ subjici potest. Usus itaq; indiciorum diligenter attendendus, ne latius trahantur, quàm debent, *Remus hïc.*

2. Ut quis ultimo afficiatur supplicio, sufficiens probatio censetur testimonium testium duorum omni exceptione majorum, *art. 67.* etiamsi accusatus crimen confessus non sit, *art. 22. art. 69.* Quanquam enim unus testis non sufficit ad condemnandum, cum unius testimoniū regulariter nullum, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat, *l. 9. §. 1. C. de test. & Princeps sit, ut eleganter exemplo Henrici I I. Regis Francorum, declarat Iohan. Bodin. lib. 6. de Republ. 6. pag. 1185. & de Magis lib. 4. c. 2 p. 564. Vide Steph. artic. 67. & ab eo allegatum Fabrum, & omnino Zieritzium c. 67. verb. duobus ad minimum.* Ad minimum igitur duo requiruntur testes. Ubi enim numerus testium non adjicitur, etiam duo sufficient, sive de causâ civili, sive criminali agatur. In ore enim duorum stat omne verbum: Copiosius hac de re ago *discurs. Acad. 2. concl. 30. & disc. 3. concl. 25.* Pluralis enim elocutio, dicente *Vlpiano*, duorum numero contenta est, *l. 12. ff. de test. consule quoq; tradita à Matth. Steph. hïc, num. 1. 2. 3. 4. 5.* Non tamen hi duo testes injurati esse debent, *hïc. Vmm. disp. 6. concl. 9. n. 60. c. nuper nobis, de testib. l. jurisjurandi, 8. C. de testib. Guil. 1. obs. 101. nu. 1. Clarissimus Dn. Herm. Goëhaus. amicus meus intimus, in proc. jurid. contra sagas & veneficos, in præloquio, p. 8.* Neq; in criminalibus testes sine juramento admittuntur, *Hip. de Mars. in pr. crim. §. diligenter, num. 166. dicens, se per hanc doctrinam liberasse aliquem à morte, Harde w. Dassel. in resp. juris in causâ pœnali maleficarum Winsensium, n. 11. 12. quod quoq; invenies, lib. 1. cons. 20.* Quæritur; si testes sine præviâ jurisjurandi præstatione deponant, & deinde post factam dispositionem jurent, an eorum testimonia validentur? Latè ego *disc. 2. append. 6.* quò me remitto brevitate ergò, & ne coccygis in morem eandem cantilenam reiterare videar, ut proverbialis locutio est. Non tamen ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorū fidem, & testium numerus definitus & coarctatus est. Latè *Prosp. Farin. in absolutissimo tractatu, de testibus, q. 80. oppos. 41. n. 114. cum seqq.*

3. Quæstio non exigua est, & quæ mihi decidenda in praxi ante annos oblata fuit: An in criminalibus duæ fœminæ plenè probare delictum, ad effectum condemnandi reum possint, & ita sint testes integræ fidei, & omni exceptione majores? Negativè respondi, quia cum acutissimo *Jcto Dn. Reimb. Bach. Echt. par. prior. vol. 2. Treutl. disp. 10. de testam. th. 4. f. eò ferè dilabor, ut in genere*

existimem, quotiescunque lex certum numerum testium desiderat, ad aliquem actum, masculos intervenire oportere: Siquidem mulieres testes omni exceptione majores, quales lex requirere intelligitur, non sunt. Atq; ita in *l. 12. ff. de test.* non dubito, duos masculos requiri. Sic in testamento solemni mulier testis esse nequit, ut trado *discurs. Acad. 3. concl. 29.* ut & nec in Codicillis *d. disc. 3. miscell. 1.* Quales testes adhiberi debeant, ad probandum tenorem gratiæ, sive deperditi instrumenti? latissimè tracto *discurs. Acad. 2. concl. 51. & in decad. Consil. cons. 6. quest. 7. num. 59.* Ad hujus rei autem probationem mulieres non admitti tradit in terminis, *Prosp. Farin. in absolutissimo tractatu, de testib. lib. 2. tit. 6. q. 59. n. 44.* Sic fœminæ in causâ feudali minimè idoneæ reputantur, *num. 39.* Ego *disc. 3. miscell. 5.* in scripturâ privatâ tribus testibus subscribendâ in casu, *l. scripturas, u. C. qui potiores in pign. masculi* requiruntur, *Farin. d. q. 59. nu. 41.* Neq; dubium est, duos testes, qui conficiendis instrumentis à Notario adhibendi sunt, *Novell. 73. cap. 5.* viros esse oportere. Ad probandam ingratitude[m] requiruntur quinque testes, & ita per consequens masculi. Imò in criminalibus duas fœminas non plenè probare delictum ad effectum condemnandi reum in terminis terminantibus ex aliis tradit *Prosp. Farin. de test. lib. 1. tit. 6. q. 59. cas. 1. num. 27. & nu. 29.* usurpat hæc formalia: Adverte tamen, *inquit*, ne erres, quod in capitalibus, & ubi agitur, de pœnâ mortis imponendâ, tres fœminæ reum non convincant. Confer *Dec. in l. fœminæ, num. 36. vers. & non sunt integri teste, ff. de R. I. Lud. Gilhaus. in arb. jud. crim. c. 6. part. 6. de testibus, num. 70.* Non tamen ex hac assertione concludendum; mulierem nullâ additâ limitatione, planè in criminalibus causis in testes non admitti; ut dixi *disc. Acad. 3. miscell. 2.* Vide *processum judicarium contra sagas & veneficos, unâ cum decisionibus questionum, ad hanc materiam pertinentium operâ & studio Dn. Hermannii Goëhausen, q. 19. p. 177.*

ARTICULUS XXIII.

Quomodo indicia, quæ ad torturam sufficiunt, probari debeant?

1. Respondetur duobus testibus omni exceptione majoribus, vide *art. 6. art. 30. Matth. Steph. & Bernh. Zieris & hic.* Quid dicendum de teste unico fide dignissimo? Sufficiens indicium præbet, *d. artic. 30.* ad quem se remittit *Steph.* item *art. 23. vers. aber so die Hauptsach.* Vide *Ioach. Schepl. in promp. jur. Clam. tit. 44. §. 1. num. 6.* Sed si omni exceptione non major est. Vide *allegatos Commentatores in hanc criminalem constitutionem*, ubi requirunt alia adminicula ad testis unius inhabilitatem supplendam. Huc pertinent ea, quæ tradit *Iust. Gobler. hic, in auctario, p. (mibi) 30.*

ARTICULUS XXIV.

Ex indiciis nominatim hic expressis ad non expressa, neq; nominata per comparationem arguere licet.

1. Vide *art. 53. & 143.* Nam similitum, sive adæquatorum eadem est natura,

tura,

tura, & ubi eadem ratio, ibi idem Jus, *Iust. Gobler. hic, in auctario, secus si diversitatis ratio dari potest. Conferendi Steph. & Zieritz. hic, & art. 53. Iohan Zanger. de quaestion. c. 2. n. 227. 228.* Natura novas quotidie formas edere deproperat. Quoties verò quid legibus, aut jure definitum non est, toties ad boni viri arbitrium recurrendum est.

ARTICULUS XXV.

De indiciis generalibus.

1. In hoc Articulo proponuntur septem indicia, quorum primùm consistit in qualitate personæ, vitâ antea ctâ, & fama, quæ quasi multitudinis quoddam testimonium, *Ern. Cothm. vol. 1. conf. 1. n. 743. & seqq.* Non autem omnis fama probationis momenta confert. Popularis enim improborum consensu excitata, vel aliàs temeraria & inconsiderata abjicienda est, tanquam quæ solummodo constet. *Valent. Forst. de iurisd. Rom. par. 2. nu. 79. p. 417.* Latius ego hoc tracto in *Pentade, conf. 3. num. 6.* Videatur *Dn. Herm. Goëhaus in sæpè allegato tractatu iuridico adversus sagas, in notis tit. 1. C. D. E. F. G. H. De famæ definitione, potestate, viribus, & requisitis prolixè disputatur ab Ern. Cothm. vol. 1. resp. 12. num. 154. 155. 117.* Consulendi quoq; *Marq. Freh. 1. de fam. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Ilic. Vmm. disp. ad process. iud. dir. 18. th. 4. n. 12. Beust. in l. admonendi, num. 1118. ff. de jurejur. Matth. Steph. hic, num. 2. 3. Responsum iuris in arduâ & gravi quâdam causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, p. 35. n. 201. & p. 46. num. 256. cum seqq.* Et ego latissimè de hac materia egi in *meis laboribus, sive meditationibus ad praxin Iudiciariam directis, decad. 4. med. 10.* Fama mala sola, quantumvis legitimè probata, non sufficit ad torturam, *art. 44. Cothm. d. conf. 12. n. 183. 184. & seqq. nu. 117. & seqq.* ut fama bona impedit inquisitionem, *Cothm. vol. 1. conf. 7. num. 58. 59.* Secus verò est, si fama mala aliis adminiculis fulciatur, & reus probetur malis & improbis moribus, ut delictum commissum verosimiliter ab ipso perpetratum fuerit, & si quid ante huiusmodi facinus commiserit, vel attentarit, aut propterea suspectus fuerit. A præterito enim præsumitur circa præsens. *Zieritz. hic, verb. nunquid ante.* Sic suspectus de adulterio, si contra interdictum Magistratus in domo suspectæ mulieris, præsertim verò tempore suspecto, deprehendatur, & factum neget, absque aliis indiciis quæstioni subjici potest. *Dan. Moller. 3. semest. 16.* & quidem præsumitur quis; ut vulgò dicitur; bonus, nisi in aliquo deliquisse probetur, *Ego decad. conf. 1. quaest. 10. n. 148. & Pentad. conf. 1. num. 23.* Quid? Homo nativa sua indole non secus ac ferrum naturali sua gravitate deorsum in pejus semper fertur, *Nicol. Machiav. lib. 1. de Republ. cap. 3.* quilibet à juventute imbibit iniquitatem, sicut aquam, *Iohan. 15. v. 16. Psalm. 51. v. 7. Genes. 8. v. 21. Roman. 7. v. 14. 21.* & cujuslibet ea est natura, ut, modò libeat, omnia sibi licere putet *Scalig. exerc. 33. sect. 1.* propter redundantem in vita humana perversitatem, *Novell. Leon. 41. & 83.* Ideò Seneca: Bonus (inquit *Epist. 42.* vir fortasse tanquam Phœnix semel anno quinquagesimo na-

mo na-

mo nascitur, & homo potius malus quam bonus præsumitur, cum bonitas ex adventiis dependeat. Et ita in terminis sentiunt *Cunrad. Dieter. in Analys. Logicæ Evangeliorum, quæ diebus Festis in Ecclesiâ proponi solent Evang. fer. 2. Pentecostes, par. 1. obs. 1. pag. (mibi) 632. Andr. Scheffer. part. 2. quest. jur. pract. quest. 5. Dn. Iohan. Hering. amicus meus amandus, de molend. q. 41. n. 27. Dn. Iohan. Eschrod. velit. Acad. 4. de oblat. concl. 17. Christ. Barth. in porno bosco didasculo, in animadv. p. 369.*

2. Secundum indicium est, si delatus in loco suspecto, & ad delinquendum apto deprehensus fuerit, *Matth. Steph. hic, n. 4.*

3. Tertium indicium præcedenti non dissimile, si reus in loco perpetrati criminis, tempore quo perpetratum est, ut ante, vel post visus sit à quopiam, *Steph. hic, n. 5.*

4. Quartum indicium est, si delatus consuetudinem vel familiaritatem habuerit cum hominibus facinorosis, *Steph. hic, n. 6.*

5. Quintum indicium præbet inimicitia capitalis, quæ reo cum læso intercessit. Vide *Steph. n. 7 & Zieritz. verb. inimicitias graves aut commodi aliquid, hic.* Ut enim animus occidendi non præsumitur, quando reperitur occisus conjunctus, amicus, & benevolus occisori: Ita præsumptio contra minantem & inimicum militat, *Hartm. Hartm. lib. pract. observat. tit. 21. de præsumpt. observ. 3. num. 1. 2. Hieron. Treutl. conf. 94. n. 1. cum seqq. Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 3. n. 117. Vide art. 32. & 44. Indicium spes commodi, art. 37. huc quoque non incommode refertur.*

6. Sextum indicium est dictum læsi in mortis articulo; aut cum jurejurando, *Steph. n. 8. Zier. verb. etiam moribundus, hic.* Mera autem assertio moribundi per se non est sufficiens indicium ad torturam infligendam. Quia non omnis moriens est sanctus Evangelista Johannes, secundum tritum apud *Jctos* proverbium, quod etiam allegatur à *Matth. Steph. artic. 31. nu. 10. hic, Dn. Herm. Goëhaus. in decision. aliqua quest. ad veneficii materiam, q. 17. p. 132.* nec morientes omnes scribunt, aut dicunt verum, licet pars major morientium nitatur mori sine onere conscientie. Latius hac de re *disc. Acad. concl. 11.* Et adsertionem moribundi solam non esse indicium ad torturam tradunt in terminis, *Franc. Becc. conf. 85 num. 8. cum seqq. Dan. Moller. lib. 3. sem. q. 8. Vide Iacob. Menoch lib. 1. præf. q. 89. n. 78. 79. Idem esse, licet offensus sacram synaxin sumplisset, adseverant Goedel. lib. 3. de Magis, cap. 9. num. 28. Beust. ad l. 31. ff. de jurejurando. Eleganter autor Anonymus (qui, ut mihi à fide dignis mo viro relatum, debet esse Dn. Theodorus Reinkinck *ctus ac Politicus non vulgaris*) in *Responsio juris concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, q. 2. p. 51. num. 294. cum seqq.* quamvis etiam inculpans fuerit integræ famæ, inculpatus verò homo vilissimus *Gomez. tom. 3. varar. resolut. c. 13. num. 17. Mascard. de probat. conclus. 44.**

7. Septimum denique indicium est fuga, quæ quoque sola non sufficit ad tormenta reo infligenda, ut rectè defendit *Henr. Bocer. de quest. c. 3. n. 32.* quamvis fu-

vis fu-

vis fugam indicium ad torturam esse afferere videatur, *Iohan. Zangerus de tortur. c. 2. num. 35.* Plura de fugâ agunt, *Lud. Gilb. in arb. jud. crim. c. 6. part. 6. num. 1. cum seqq. Franc. Torreblanc. Villalp. Cordub. in demon. lib. 3. c. 17. nu. 27. cum seqq. Matth. Steph. hic, n. 9. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 1. nu. 1. p. 548. nu. 13. cum seqq. & ego in Pentade conf. 1. nu. 48. 49.* Vide *Gobler. in auctario per tot. p. 32. 33. Dn. Herm. Goëhaus. in tract. lurid. adversus sagas in tit. 1. notis 1.*

ARTICULUS XXVI.

De octavo & ultimo indicio communi.

I. Octavum indicium ad torturam, si reus litem cum læso habeat de omnibus bonis, vel majore parte bonorum suorum, *Steph. Remus Zieritz. hic. Miror*, cur hic præsens articulus separatus à præcedenti, & ita hoc ultimum indicium non septem prioribus adjectum fuerit? In hac nostrâ constitutione criminali, salvâ tantâ Imperatoris autoritate, illâq; toties mutatâ non justus ordo undequaque est observatus; cum multa potuissent tradi distinctius, & multa potuisse, uno atq; altero verbo decidi, quæ remittuntur multoties ad prudentum responsa, jure dici potest. Verùm cum inter Comitia Imperii, eoq; ipso tempore, quo quamplurimum gravissimæ causæ in deliberationes inciderunt, sit nata, & in Scenam producta; benigniùs tamen de ipsa judicandum, quàm *Oldendorpius, alias magni nominis Ictus, forens. act. class. 7. in prin. de ea sentit.* Vide omnino *Dn. Bernh. Zieritz. in Epistolâ dedicatoriâ præfixâ notis suis & observationibus nomico-politicis* eleganter, & nervosè hac de re differentem; ad quem Lectorem remitto. Vide *Gobler. hic in auctario, p. 35.*

ARTICULUS XXVII.

Indiciorum generalium concursus.

I. Remota indicia, si sint plura, ad torquendum sufficiunt, ut post *Farinacium, de indicis, 5. q. 37. num. 11. Zieritz. verb. si quæ illorum hic plura tradit.* Ideoque rectè mihi usurpare placet illud *Ovidii*:

Et quæ non profunt singula, multa juvant.

Vide me *Pentad. conf. 1. num. 19.* Placet *Baldus in c. cum causa, ext. de probat. & in rubr. de contr. invest.* cujus verba refert *Zieritz. hic, verb. conjunctim,* & post eum *Steph.*

ARTICULUS XXVIII.

Alia regula de eâdem re.

I. Imperator monita duo non negligenda tradit. Primum fons & occasio, ut *Bernh. Zieritz. hic,* verba pro meis usurpem, cum præsumptionum, tum suspicionum contra reum: Deinde quid, quantumq; suspecta persona justarum præsumptionum, quæ à delicto ipsam excusare possint, pro se habeat. Quemadmodum *M. Tullius Cicero* septum undique vestitum vepribus & dumetis, diuq; ignoratum *Archimedis* sepulchrum nunquam invenisset, nisi immisisset

cum falcibus, qui locum illum purgassent, aperuissentque, ubi hoc esse sepulchrum opinione augurabatur: Sic & veritas in densissimas opinionum abstrusa vepres commodè investigari nequit, nisi omnia in contrarias partes diligenter examinentur, & quæ ad veritatis inventionem, aditum nobis obstruere videntur, ea diligenti ac accurata contrariorum dijudicatione tanquam falce resecentur. Ac inde quidem excusso iudicio, ubi suspicionum causas rationibus defensionis prævalere animadvertet Iudex, ad torturam pronior erit, *Mascard. 2. de probat. concl. 894. num. 8. Iacob. Menoch. 1. de præsumpt. 89. num. 8. Pross. Farin. 1. de indic. & tort. q. 37. n. 57.* Quod si verò causæ defensionis & excusationis eminentiores fuerint, à tormentis abstinere debemus, *Boër. decis. 165.* Major enim & fortior præsumptio tollit minorem, imò præsumptio non delicti excludit præsumptionem delicti, ut multis Dd. autoritatibus probat *Matth. Steph. hic*, & ego hac de re ago in *Pentade cons. 1. nu. 36.* Incidentibus verò dubiis, quæ Iudici etiam cordato negotium facessant, ad prudentium Oracula confugiendum erit, qui juxta leges & jura pronunciant, propriæ voluntati non indulgent, ut remissivè trado, *art. 3. concl. 2.* Nam in Scabinatibus, Facultatibus & Collegiis, cum non cathecumini, qui, ut Imperator Justinianus in *l. unic. C. de nud. Iur. Quirit. tollen.* eleganter loquitur, ad primam legum venerunt audientiam; sed viri undique eruditi assideant, qui per rigidas examinationes juris in iis, velut aurum in fornace deputantur, quiq; ex multiplici causarum concursu & peritiores indies efficiuntur: Mutuæ enim & frequentes disputationes, & opinionum communicationes singularem producant scientiam, & pervicax reddunt iudicium, & aptum ad omnium rerum cognitionem & perceptionem. Latius ego in *decade cons. 10. n. 163. 164.* Vide *art. 7. concl. 1.*

ARTICULUS XXIX.

Indicia certa & indubitata.

1. Indicium ad torturam sufficiens est, si res aliqua relicta sit in loco delicti perpetrati, quæ demonstraretur esse accusati, vel inquisiti. Ex inventione enim harum rerum præsumitur delictum commissum esse ab eo, cuius res sunt, ut exemplis ex aliis declarat, *Iohan. Zanger. de tortur. c. 2. nu. 33. cum seqq. multis*, quem imitatur laboriosissimus & doctissimus Jctus Dn. *Matth. Steph. hic.* Si tamen accusatus hanc præsumptionem fortiori præsumptione elidat, non dubitatur, quin veniam mereri debeat. Innocentiæ enim favor in jure magnus *Zieritz. hic. verb. innocentie defensionem.* Veluti si ostendatur hunc esse hominem bonum, & frugi, aut eo tempore, quo maleficium perpetratum esse dicitur, alibi fuisse, aut alium in loco delicti præsentem fuisse probetur, vel si Titus probare possit, se paulò antè amissionem, rem istam alii donasse, vendidisse, permutasse, aut possidere desuisse. De innocentie assertione pluribus

agam, *artic. 47.*

ARTI-

CRIMINALIS.
ARTICULUS XXX.

51

Semiplena probatio.

1. Secundum promissum, *artic. 7. conclus. 1. in fin.* statim me remitto ad *art. 22. concl. 2. art. 23. concl. 1.* Dicitur autem semiplena probatio, quæ uno teste omni exceptione majore, qui juratus de eo, quod in causa caput est, deponit, perfici solet. Verba sunt *Steph. hic.* Confer *Bernh. Zieritz. hic, per tot. præsertim verò Iohan. Zang. in tract. de quest. c. 2. num. 16. cum seqq. usq. ad n. 32. inclusivè.* Per quos proficio meritò eos hic allego, & id ingenui pudoris est. Hoc tamen addo; multos J. C.ros insurgere contra hanc criminalem sanctionem in hoc puncto, sed frustra, quasi unicus testis semiplenè probare non possit, *Franc. Duar. lib. 2. annio. disp. 1. c. 33. Iacob. Cuiac. Hug. Donell. lib. 24. comm. 11. & lib. 25. comm. ad l. jurisjurandi, 8. C. de testibus, Anton. Fab. 9. error. pragm. 1. sed contra stimulum mihi videntur calcitrare, & ita mecum sentiunt Br. Bl. Paul. de Castro, Alex. Iason. Sichard. Petrus Gilkenius, Ant. Gabriel. Jerem. Setser. Ilic. Vm. disp. 15. ad process. iud. direct. th. 1. num. 5. & disp. 18. th. 1. n. 1. à me disc. Acad. 2. append. 1. allegati, & cogor ita à me dissentire, veritate inspecta; Pœniteat errorum reperta veritate, ut dixit post multos Jacobus Reibingius, Patricius Augustanus, & vide *disc. Acad. 3. concl. 1.* Rectissimè igitur scribit *Valent. Forst. 2. de iurisd. Rom. in l. 3. Numæ, num. 57.* ab hac sententia decedentem facere, ut, symbolo fidei relicto, novam fidei formam extruat.*

ARTICULUS XXXI.

Confessio socii criminis.

1. Indicium sufficiens ad torturam est, si reus convictus, qui socios criminis habuit, eosdem socios nominaverit, & detexerit, modò alia quinque copulative concurrunt adminicula, *Iacob. Menoch. lib. 1. pres. q. 89. num. 72.* aliàs torturæ remedium est, ne rei litium criminalium de consociis interrogentur, *Vent. de Valent. in parth. litigios. lib. 2. c. 12. num. 37.* Quædam enim sunt delicta, quæ non facilè sine sociis in effectum produci possunt, ut monetam cudere falsam, latrocinari, diffidare, seditionem exercere, abigeatum committere *Zieritz. hic, verb. delicti socios habuit.* Et latius hoc ex *Prospero Farinacio & aliis* prosequitur *Iohan. Zanger. de torturis reorum, c. 2. num. 48. cum multis seqq. ubi num. 50.* de confrontatione odiosa agit; Primum est, ut reus in genere, non etiam in specie, seu in divido interrogetur, quisnam ei socius criminis fuerit? *Zieritz. hic, verb. ne indicanti torto, Matth. Steph. hic, nu. 2. 3. Cothm. vol. 1. resp. 29. nu. 323.* vide *Zang. d. c. 2. num. 56. 58.* ubi rationem hujus requisiti tradit, nisi adsit specialis præsumptio, quod certa persona intervenerit. Hæc interrogatio fieri debet à Judice, *num 50. 60.* Et in tortura, *num. 61. 62. Matth. Steph. hic, nu. 4.* vide *Matth. Berlich. part. 4. concl. 4. nu. 104. cum seqq. Responsum iuris in ardua causâ concernente processum contra sagam nulliter institutum, q. 2. p. 50. n. 288. cum seqq.*

2. Secundum est, ut interrogetur de omnibus circumstantiis, quomodo, quo

do, quo in loco, & quo tempore socius, quem nominavit, ei præstò fuerit, & opem tulerit, *Zang. d. c. 2. num. 63. 64. 65.* Confer *Mascard. de prob. concl. 1386. Cothm. d. resp. 29. n. 334.*

3. Tertium est, ut Judex inquiret, an inter reum nominantem, & socium nominatum sint inimicitia, contentiones, jurgia, & lites, *Matth. Steph. hic, n. 6. Zang. d. c. 2. n. 66. 67.* licet etiam reconciliatio intervenerit, *Zieritz. hic, verb. aut antea exercuerit.*

4. Quartum est, ut nominatus aliàs Judici suspectus sit *Zanger. d. cap. 2. nu. 68. 69.* ut qui semel malus, semel homicida, semper præsumitur malus in eodem maleficio, *Steph. hic, n. 7.*

5. Quintum est, ut reus perseveret in eo, quod alios socios criminis nominaverit, *Zang. d. c. 2. num. 70. 71. 72. 73. cum seqq. Steph. hic, num. 8.* Deniq; cavetur, ne Sacerdotes damnatum moneant de eo, quod confessus est rursus negando. Concordat *art. 103.* vide *Steph. hic. nu. 9.* Si verò tortus ea, quæ de criminis sociis aptè, congruentibus circumstantiis, rectè prius indicavit ex animi desperatione, ad extremum propè rogum coram populo publicè revocet, & dicat se falsò persuasum, & velle ante agonem vitæ ante dicta revocare, & socios innocentes pronunciare, quid tum prudenti Judici faciendum? sancit hæc *constitutio criminalis, art. 31.* in quem ex aliis non scribit contemnenda *Steph. hic, nu. 10. per tot.* Ubi varias Dd. sententias recenset de quæstione sequenti: An scilicet revocatio in extremis elidat primam confessionem factã in tortura, & iudicio, ita ut prius amplius iudicium non faciat? Tandem verò distinguit cum *Godelmanno*: Aut delata persona fuit bonæ famæ ac vitæ, nec adsunt sufficientia indicia contra nominatam personam, tunc talis revocatio facta in extremis primam confessionem factã in tortura, & iudicio elidit. Secus si firmæ & indubitatae præsumptiones contra delatam personam adsunt, tunc eo in casu hæc revocatio & expurgatio facta in extremis nullius momenti est.

ARTICULUS XXXII.

De confessione ipsius rei extra iudicium factã.

1. Indicium ad torturam faciunt minè duobus concurrentibus. Unum est, ut factæ sint ab eo, qui eas consuevit exequi. Alterum est, si maleficio, de quo minatus est, aut aliud, ex quo damnum & incommodum accepit is, cui quis minatus est, subsequutum fuerit. Concordat *infra art. 44.* Modicum autem tempus jure determinatũ non est. Ideoq; arbitrio Judicis committendum. Vide *art. 12. concl. 8. Iohan. Zanger. d. c. 2. num. 44. 45. 46.* ubi pluribus hunc *art. 32.* explicat, & post eum *Steph. hic,* nec prætereundus *meus Zieritzius hic.* Et hæc de indiciis remotis & propinquis omnibus, vel plerisq; criminibus communibus dicta sufficiant: Sequitur, ut de indiciis propriis cujusq; delicti agamus. Quã in re eum servabimus ordinem, qui in hac criminali constitutione nobis præscriptus.

ARTI-

Indicia homicidii clandestini.

1. Homicidii occultè & quasi furtivè perpetrati indicium est, si reus inquisitus vel accusatus eo in loco, in quo homo necatus dicitur, aut propinquo fuerit visus cum armis, aut vestimentis sanguine conspersis, *Zang. d. c. 2. num. 152. cum seqq.* Rei enim delictorum mirabili modo se produnt, ut experientia testis, cujus rei exempla vide apud *Goblerum hîc. art. 32. Plutarchum, & Phil. Camer. cent. 2. med. histor. c. 94.* quos allegat *Zieritz. hîc, verb. eo ipso tempore.* Confer *H. Arnif. in doct. polit. c. 2. p. (mibi) 40.* Quod conscientia mala interdum ita facinorosi animum verberet, ut is semetipsum cogatur prodere, exemplum ejusdem rei vividum & horrendum alibi commemorat alius. Erat in quâdam Germaniæ civitate Caupo, vir honesti nominis. filiam habens unicam, ut benè educatam, sic benè dotatam. Hanc ambibat Oeconomus, Juvenis solers & industrius: sed, quia tenuioris fortunæ, & abjectæ conditionis homo, facilè repulsam tulit. Quandoquidem verò aliàs rei domesticæ benè præfuerat: Dominus ipsi suus, cum conjuge & filiâ in thermas abiturus, totius Oeconomix administrationem concedidit. Accidit interea, ut mercator quidam eo loci diverteret, cujus opulentiam servulus ille inescatus, noctu ipsum obtruncavit, & exanimem in stabulo quisquiliis obruit: equum verò, ipsius & vestimenta nummis commutavit. Cædes hæc nefanda manebat ad tempus, & occulta & inulta. Nam cum paterfamiliâs è thermis domum rediisset, & rem omnem interea per servulum, probè administratam comperisset: majore ipsum porro benevolentiam est persecutus. Non multò post furcifer aliud malitiæ suæ contegendæ glaucoma obduxit; falsas & mentitas sub nomine consanguinei cujusdam adornabat literas, octoginta nummis aureis oppletas, heroq; suo eas monstrabat, prætendens, his se domum ad paternæ hæreditatis divisionem, licet invitum, avocari, & rogabat, ut dimitteretur: reditum se sanctè polliceri, & interea pecuniam in alios usus sibi ex patriâ missam, majorem partem quasi obsidis loco, deponere, & Domini patrisfamiliâs fidei ac custodiæ concedere velle. Annuuit paterfamiliâs, nihil mali subesse ratus, & dimittit, licet magno suæ Oeconomix incommodo. Brevi post revertitur scelestus ex patriâ, & deposita ampliore pecuniæ summa, & spe acceptæ hæreditatis pinguioris facta indubia, ita sese apud patremfamilias insinuat: ut ex servulo gener factus, & hæres filiam in matrimonium nanciscatur. Et quia integer vitæ, scelerisq; purus existimabatur, in ordinem Civitatis Senatorium ascitus fuit: quo munere laudabiliter & inculpate defunctus est, usq; dum facinoris commissi atrocitas cauteriatem ipsius conscientix acriores paulò morsus, & aculeos infigere, & stigmata imprimere cœpit: Ex quo maluit supplicio præsentissimæ mortis, quàm conscientix ad mortem sauciatae intolerabili cruciatu diutiùs torqueri. Cùm die quodam in Consistorium, sive Judicium vocatus, suam quoq; in latronem mortis reum sententiam

dicere deberet, summo mane sacris Missæ (ut vocitant) sese immiscet: quibus ex more peractis domum redit, & uxorem orat, ut sibi minùs commodè habenti escæ aliquid benè sapidæ conficiat. Illa ad nutum sese mariti lubenter accommodatura, caput vitulinum, cibum palato ejus gratissimum, foco applicat, quod cùm fortè conspexisset maritus, spectaculo hoc perterrefactus, & totus in transversum abreptus, incipit querulari & percontari: quisnam caput hoc humanum promptuario intulisset? Sed uxoris humanitate ab errore revocatus, pauxillum cibi sumpsit, & in Curiam ascendit. Cùm itaq; pro tribunali sedens, suam quoque secundùm leges divinas, humanasq; in latronem sententiam dixisset, eumq; ferro adjudicasset: mox conscientiaë stimulo adactus ipse surrexit, seq; homicidii, in ædibus quondam Domini sui commissi, authorem & reum, non minori supplicio afficiendum, spontè fassus est, & ut afficiatur, sicq; tot tantisq; conscientiaë torturis liberetur, complicatis manibus supplex rogavit. Judicii Assessores in melancholici humoris prædominium culpam conjicientes, monebant graviter, ut Medicum consuleret, de commodo malo huic remedio adhibendo. At noster sui sibi sceleris optimè conscius respondebat, & urgebat vehementius: commodius huic malo remedium adhiberi non posse, quàm capitis à reliquo corpore abscissionem: sic enim & corpus & animam à tot tantisq; cruciatibus, ac Justitiaë divinaë persecutionibus atq; tormentis incredilibus liberari. Judices igitur, re omni circumspectissimè deliberata, & veritate homicidii per diligentem inquisitionem (ossibus trucidati mercatoris è stabulo rursus effossis) liquidissimè deprehensa, Senatorem hunc, ante occultum, nunc manifestum homicidam in locum Judicii deduci, & capite mulctari mandarunt, quod & factum est, recensente *Grineo in suo Commentar. ad Propb. Ion. c. 1. pag. 123.* Pari fidei calculo traditur; Lipsiæ hominem facinorosum nomen suum apud Judicem Tribunalis professum, & ultrò confessum esse: sese prædonem, hæctenus regiam in Electoratu viam latrociniis & rapinis undiquaq; opplesse, malle se semel morte merita mori, quàm quotidie aculeis conscientiaë torqueri. Hisce non dissimile est illud, quod antiquitus in proverbium abierat, de Ibyci gruibus, ex hujusmodi quodam eventu natum. Poëta Ibycus, referente in *Adag. Erasmo Chiliad. 1. cent. 9. pag. 299.* cùm in latrones incidisset jam occidendus, grues fortè supervolantes est obtestatus, ut cruentæ suæ internecionis testes forent aliquando, & ultores. Non longo post tempore, cùm latrones iidem in foro sederent, rursusq; gruibus supervolantibus per jocum inter sese in aurem susurrarent: οὐ γούνα ἐκδιχοί παρέρσιν, id est, adsunt Ibyci ultores, Cachinnos hosce quidam assidentes, in suspicionem rapuerunt, & apud Magistratum loci effecerunt, ut latrones tormentis subjecti facinus confessi sint, adeoq; gruum stridore, imò suo ipsorum, & conscientiaë propriaë indicio latrocinii sui pœnas deslerint. Sed & exempli loco produci potest Orestes; quem maternæ cædis conscientia, ceu cædis ardentibus ad furorem usq; perduxit.

perduxit.

perduxit. Quin & memorabile exemplum refertur de Besso quodam; qui, cum patrem suum clam necasset, vixissetq; multos postea annos sine ullius criminis suspitione, quadam forte die ad cœnam, ad quam fuerat ab amicis invitatus, proficiscens, nidum hirundinum, qui pendeat in via, baculo diruit, pullosq; qui inde exciderant, pedibus conterens, ad unum omnes occidit. Quod ipsius factum, cum reprehenderetur ab iis, qui tum astabant, vicinis: quod crudele & inhumanum videretur, & innoxias animantes nulla prorsus de causa lævire: Nimium enim diu, *inquit*, falsò me accusant paterni parricidii. Quo audito, illi protinus rem deferunt ad Regem: qui ea diligenter quæsita, examinata & probata, meritis Bessum parricidam suppliciis affecit. Atqui non erant illæ hirundinũ voces, sed læsæ, faucisq; conscientis, imò ipsius naturæ: quæ instabat, quæ urgebat, quæ hæc illi duo verba suggerebat assiduè: Quid egisti? Quid egisti? Quæ nullo loco & tempore non occinebat: Patrem occidisti? Patrem occidisti. Sponte verò se offerenti ad pœnam, quomodo parcendum? Vide *tom. 1. Consult. Constit. Saxon. q. 26. p. 88. p. 107. Consule t. t. C. de his, qui se defer. & ibi Interpp. Rectissimè igitur cum Phil. Comin. lib. 6. comm. p. 136. concludere possumus: Deus nullum maleficium inultum sinit, etiamsi diuturniorem impunitatem concedat, & lib. 9. p. 669. ait, Deum scelerum esse ultorem, nec crudelitatem ullam impunitam dimittere. Quod etiam ad oculum demonstrat *supplementum der Niderländischen Historien de Anno 1615. p. 82. 83. 84. 85. wie Oberberer jammerlich umbs Leben gebracht / vnnnd die grosse Vbelthat endlich gestraffet / vnnnd auch im gleichen Johan von Waly / Jubilirer / von Johan Paris erschossen / vnd die böse That endlich an des Tages Liecht gekommen / solches bezeuget ebenmässig das supplementum de Anno 1616.**

2. Huic indicio priori simile est illud, eum criminis fontem præsumi, cujus ensis in loco delicti perpetrati, aut propinquo invenitur sanguine madefactus, modò probetur, ensen, ad eundem pertinere. Quod si gladius sanguine pollutus non sit, quamvis reus visus sit in loco delicti, indicium tamen non facit ad torturam, nisi alia adminicula concurrant, ut ex *Zang. num. 155. 156.* hæc scripsit *Steph. hic*; ubi quærit: Si quis occisum sepeliat, an faciat indicium adversus sepelientem? Vide quoq; *Bernh. Zierit. hic, verb. suspectâ ratione*, ubi rectissimè dicit, ab exemplo Tobis ad quemlibet alium malè inferri. Duo enim cum faciunt idem, non est idem. *Ego in Pentade conf. 5. vel ultim. q. 7.*

3. Est præterea indicium homicidii commissi, si reus interfecti res abstulerit, & penes se retinuerit, aut vendiderit, donarit, &c. si scilicet homo malæ conditionis, secus si vitæ & famæ sit integræ, *Steph. hic*, Verum hoc, ut & superius, indicium facilè diluitur, si probet reus, se justo titulo istas res possidere, aut gladium repertum in loco delicti alteri commodasse, vel sibi subtrahitũ fuisse, de quibus ante quæstionem habendam cognoscetur, *post Zang. d. c. 2. num. 155. 156. Steph. hic.*

4. Appendicis loco monere mihi placet, emissionem sanguinis legitimum indicium non esse ad torturam, cum ejus nulla mentio in Constitutione Carolina extet *Matth. Steph. hic, Zieritz. art. seq. 34. Zang. d. c. 2. num. 160. & pluribus hoc de indicio incertissimo ago in Pentade meâ, conf. 1. num. 46.* Miror ideoq; *Dn. Matth. Berlich. par. 4. concl. 11. num. 74.* in contraria opinione esse, cujus Judicio aliàs multum tribuo, & qui revera de practico Juris studio optimè meritus, secundùm *Dn. Rutz. Ruland. in relatione von Affecuranssachen / p. 97.* Verba *Berlichii* hæc sunt: Si in præsentia unius, vel alterius ex rixantibus sanguinem cadaver occisi emittit, quemadmodum meo tempore in Academia Marpurgenfi Anno 1608. in præsentia trium homicidarum sanguis ex cadavere cujusdam rustici occisi, qui per integrum Mensem in fluvio Lana jacuit, emanavit, qui deinde torti confessi sunt, & omnes gladio puniti. Similem casum, qui Lipsiæ contigit, recenset *Iust. Gobler. hic art. 147. in auctario, verb. Chirurghi.* quem ex eo quoq; refert *Bernh. Zieritz. hic, c. 149. ver. Iudicis erit.* Medicus experientissimus ac acutissimus *Dn. Greg. Horst. in Problemate posteriore, de cruentatione cadaverũ, p. (mibi) 27.* adfert varias variorum de cruentatione cadaverum occisorum opiniones ex *Cælio Rhodogino, Langio, Levino Lemnio, Mizaldo, Francisco Valeriolâ, Iohanne Bodino, Petro Apponensi, Libavio, Delrione, Melanchthone, Galeoto Martio, p. 28. cum seqq. usq; ad p. 35. inclusive, tandem verò, quid sibi probabile videatur, conclusionibus tribus, p. 36. usq; ad p. 47. proponit, & p. 25. ait: Plurimi sunt, qui cum plebe quæstionis affirmativam statuunt, quam ob causam ab aliquibus hoc etiam observari solet, ut iis, de quibus homicidii suspicio est, sæpiùs ad cadaver cum digitorum immissione in vulnus ducantur, ea propter, ut inde tanquam per signum concludere possimus, quinam verus sit interfector? Quemadmodum verò quidam vehementer peccant in eo, quod ex præsentia lactis in mamillis statim concludant virginẽ, vel ancillam, aut partum edidisse, aut saltẽ cum viro rem habuisse? cum tamen sufficienter non solùm rationibus, sed etiam experientia confirmari possit, quod non solùm in virginibus, sed etiam in viris humor lacti, quò ad sensum, penitus non absimilis, generari queat, ut sufficienter demonstratum legimus apud *An. Laurent. lib. 9. Anatom. hist. q. 2.* ita sæpissimè quoque erratur in illo signo, quod à cruentatione cadaveris desumitur. Quamvis enim non negare possimus, quod interdum, fortè fortuna, præsentem interfectore, hamorrhagiam patiantur cadavera: nullus tamen negabit, ut plurimum quoque, absentibus homicidis, cadavera quædam sanguine stillare. Imò sæpissimè, verò interfectore præsentem, penitus frustra tale signum à Judicibus expectatur, interdum non vero, sed ficto autore præsentem, cruentatio sequitur. Hæc ille *Horstius, amicus olim meus.* Vide *Haub. von Ende/ discurs. crim. c. 3. concl. 168.* Imò licet non defuerint, qui hujus rei, quod de sanguine diximus, naturales rationes adferre conati sunt, attamen *Philip. Camer. med. histor. cent. 1. c. 73.* attestatur, neminem unquam absq; hæsitacione veras & solidas rationes adferre potuisse. Non etiam*

etiam

etiam me latet; inquit *Ioach. Scheplitz. ad consuetud. Brandeb. par. 4. tit. 13. nu. 40.* his accidisse locis non ita pridem, quod quædam mulier quendam peregrinum ægrum divertentem apud se strangulaverit, & dum eo tempore nonnullis in regionibus pestis sæviebat, suspicio erat & illum hac re diem suum obiisse. Quapropter, statim, non inspecto cadavere, terræ mandabatur. Verùm non diu postea fama emanabat, hunc à muliere occisum esse, prout de pecuniâ, quam apud se occisus habebat, quod nonnihil retinuerat, fatebatur. Ideò vespillo jussus mortuum refodere, vestigia manifesta hujus rei apparuerunt. Et quidem nihilominus in initio facinus hoc constanter negabat, urgens ipsa quàm maximè, ut ad cadaver occisi admitteretur, & periculum fieret; num signum esset editurus? attamen cùm illud inter indicia legitima minimè reputetur, denegabatur illi; & tandem spontè factum hoc indicavit.

ARTICULUS XXXIV.

Indicia homicidii manifesti.

I. Homicidii in rixâ commissi indicium est ad torturam, si probetur, reum accusatum vel inquisitum cum interfecto altercasse, & rixatum esse, *Bernh. Zieritz. hic, verb. inimicitias gesserit*, & cultello, gladio, vel alio genere armorum accepto, cum aliis vim intulisse, maximè si hujusmodi genus armorum sanguinolentum fuerit, *d. art. 34. juncto art. 148.* Limitationem vide apud *Zieritz. hic, verb. telum cruore conspersum.* Quod si de autore rixæ Judici non constet, nec arma rei sanguinolenta reperta sint, ad Judicis officium pertinet, ut de aliis circumstantiis & indiciis inquirat, *Ioh. Zang. d. c. 2. n. 161. 162. 163. 164.* ubi dicit: puto ex his præcipuum & singulare esse, si quis præter morem aptatus, & armis præparatus venerit ad eum locum, in quo rixa postmodum facta sit, aut si quis aliquâ injuriâ, vel vulneribus ab eo, qui jam vulneratus & interfectus dicitur, affectus sit maximè, quando suâ naturâ litigiosus est, quod indicium quoque notavit *Steph. hic.* Huc pertinentia tradit *Matth. Berlich. par. 4. concl. 11. per tot. à num. 1. usq. ad nu. 77.* qui omninò consulendus. Si quis ex pluribus in rixâ candelam extinxit, quid dicendum de eo, an præbeat indicium ad torturam? Vide *Renat. Choppin de domin. Francia, ad fin. lib. 3. fol. 725.* allegatum à *Bernh. Zieritz. hic, verb. aut similibus.* An pugnatōres omnes in dubio pœnâ capitis puniendi sint? Vide *Steph. hic, in fin.*

ARTICULUS XXXV.

Indicia infanticidii.

I. Crudele facinus est, inquit *Iust. Gobleus* adeò Medeam aut Pontiam fieri, ut de necando proprio partu non retineat, sed, ut Ovidius canit, cælas armet in sua membra manus. Quò humanus quidem & turpis pudor, verecundiâq; plerumq; miseras adigit puellas, & perniciofa Diaboli suggestio, ut talia cogitent & moliantur, famæ dispendium se ita evasuras putantes, quum inte-

H

rim in

rim in gravius multò ac vitæ ac salutis periculum conjiciantur. Hæc *Gobler. art. 34.* ubi & alia notatu digna tradit. Infanticidii autem indicium est sufficiens ad torturam, si virginis uterus successivè intumescat, & mox macra & livida existat, modò honestæ obstetrices, vel matronæ peritæ tactâ; inspectâq; muliere, (*vid. Gobl. d. artic. verbo inspicere*) referant, & attestentur juratò pertradita à *Mascard. 3 de prob. concl. 1125. & concl. 1208* illam non modò virginem non esse (quæ deflorationis, sive corruptæ virginitatis probatio aliàs difficilima est.) Imò ex multorum sententia fallax. Vide *Marcell. Donat. operâ & studio Gregorii Horstii editum de medicâ historiâ mirabili, lib. 4 c. 15 p. 387. Iohan. Riolan. lib. 2. Anthropolog. c. 34. pag. 300. cum seqq.* sed etiam peperisse, eâve aliàs suspecta sit, *Zang. d. c. 2. num. 165. 166. 167. 168.* Confer *Steph. hic*, & non contemnendis notis hunc articulum præsentem declaravit *Zieritz. hic, per tot.*

ARTICULUS XXXVI.

Aliud indicium infanticidii proximum.

1. Si infans ab hac luce subtractus in platea, fluminibus, cloacis, vel aliis in locis reperiatur, & quædã mulier sit, quæ lac habet in mammillis, neget tamen se peperisse, evidens indicium est, ut eadem hæc mulier quæstioni subijci debeat, & interrogari, an infantem pepererit, strangularit, vel alio modo de medio sustulerit? *Zang. d. c. 2. num. 169.* Hic locus apud Rhetores à conjecturis dicitur. Sic *Cicero lib. 6. Epist. Famil. ad Q. Ligarium* à signis colligit; Cæsarem mitiorem factum. Non solùm, *inquit*, ex Oratione Cæsaris, quæ sanè mollis fuit, sed etiam ex oculis & vultu, & multis præterea signis, quæ faciliùs perspicere potui, quàm scribere, hanc in opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset. Neq; enim hæc mulier ægrè feret, si torqueatur, quæ ut illa venenis viscera hominis: sic hæc viscera propria detestabili crudelitate extinguit, ut sonant verba *Gobleri hic, art. 34. verb. quæstioni subijci.*

2. Hoc tamen notandum, solam præsentiam lactis in mammis, tum si quæ non prægnans, nec puerpera est, lac habet; ei menstrua defecerunt, *Iacob. Holler. in commentariis septem in Aphorismos Hippocratis, sect. 5. aph. 39. p. 288.* tum quod nonnulli masculi lac aliquando in uberibus habuisse memoriæ proditum invenimus, *Marcell. Donat. de historiâ medicâ mirabili, lib. 6. p. 611. Caspar. Baubin. lib. 2. anatom. c. 3. de mammis virorum, in notis d. p. 177. 178. Haub. von Ende discurs. crimin. concl. 166.* non esse probabile indicium infanticidii, ut ex *Hippocrate, Galeno, Plinio, Cardano, Gregorio Horstio*, latè post *Zieritz. hic, verb. naturaliter fieri posse*, deduxit *Steph. hic*, ubi quoq; ex *Zangero num. 171.* aliud indicium ad torturam refert, si mulier fateatur; se infantem vel mortuum, *art. 131. vers. so aber ein Weibsbild* nulla adhibita obstetrice, vel aliis mulieribus non adhibitis, enixam esse, vel ex utero in terram cecidisse infantem; & hoc modo interemptum esse. Vide *Henr. Bocer. in tract. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 5. num. 15. in fin. ferè.* De indiciis infanticidii

ticidii

ticidii plura videre licet apud *Doctissimum Iohan. Grivell. in decisionibus celeberrimi Sequanorum Scrus Dolani, decis. 19. n. 7. cum multis seqq.*

3. Hoc denique notatu dignum judico, ream depositioni obstetricum contrariam probationem opponere posse. Quàm facilè enim lapsus sit, inquit notabiliter *Bernh. Zieritz. hic, verb. obstetricum probè expertarum*, in obstetricibus in quadam gravi causa observavi, ubi quatuor obstetrices juratò affirmabant, mulierem quandam non esse gravidam, suaq; assertionè Magistratum fallebāt, quæ tamen postea prægnans inveniebatur. De obstetricibus latè & nervosè agit *Dn. Rutg. Ruland. in tract. de commiss. pars. 1. lib. 4. c. 17. per tot.*

ARTICULUS XXXVII.

Veneficii indicia.

1. Veneficii, seu criminis ejus, quo quis alter alterum veneno necat (quod plus esse putatur, quàm hominem gladio interficere, *l. 1. C. de malef. Bernh. Zieritz. hic, c. 130. verb. vota & contusione.*) indicium est, si accusatus vel inquisitus venenum emerit, aut præparaverit, eiq; , qui veneno extinctus dicitur, inimicus fuerit, aut futurus successor universalis, vel singularis, aut sit homo insignis omnibus notis turpitudinis, nisi fortè dicere posset, se veneno aliam ob causam probabilem, & non prohibitam usum esse, *Zang. d. c. 2. n. 172.*

2. Huic cognatum indicium est, si reus venenum emerit, vel præparaverit, & id ipsum Judici pro tribunali sedenti negaverit, postea verò rem ita se habere probatum fuerit, *Zang. d. c. 2. nu. 172. 173. 174.* & ex eo *Steph. hic*, ubi dicit, bonum aliquod venenum esse, vel quod, temperamento adhibito, salubre effici potest, *Zieritz. hic, verb. nisi se veneno.* Vide *hic Gobler. in auctario, pag. 43. 44.* ubi quoq; *verb. Pharmacopolas, aliosq; refert*, Romanos quondam venenum habuisse ad malos fortunæ casus.

3. Appendix politica ab Imperatore nostro subnectitur sanciendo, ne in Rebus publicis benè constitutis admittantur Medici, Pharmacopolæ, Pigmentarii, Chirurghi, &c. nisi promittant jurejurando Magistratui cujusq; loci, quod sine ejus promissu nulli venena; veluti Mercurium, Opium, Antimonium, &c. vendere aut tradere velint, *Henr. Bocer. in tract. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 4. de veneficio, num. 6. 7. 8. 29. cum seqq. & nu. 70. cum seqq. Zieritz. verb. officium verò erit, & Steph. hic*, ubi huc spectantia tractantur. Denique si tortus veneficium confessus fuerit, tunc omnes circumstantias expiscandas esse traditur *infra artic. 50.* Nec veneno hostem occidere licet, *Amir. 1. disc. 13. Comin lib. 8. c. 5. fol. (mibi) 728. allegati à Christ. Besold. 2. polit. c. 7. §. 3. in fine ferè 26. p. 776.* Lacrumis deplorandum casum videre licet in *Consiliis Altorfinis Resp. 31. & seqq.* ubi liberum pronunciavit Facultas Juridica, quæ est Altorfi, Pharmacopolam Eslingensem, cujus Minister ancillæ cuidam semen ad vermes abigendos petenti tradidit aconitum, ex quo tres, ut puto, puelli vitam miserè amiserunt. Ratio est. Quia paterfamilias conveniri nequit, quando ex parte ejusdem probaretur,

quod ab ipso in officio deputatus, in quo deliquit, erat homo bonæ famæ. Latè hac de re *Christ. Besold. 1. polit. 12. §. 2. concl. 20. 5. pag. 439.* Quomodo puniendus pharmacopola, sciens volensq; filio ad patrem necandum venenum vendens? Vide *Lud. Gilb. in arb. jud. crim. c. 2. tit. 14.* De venenis eleganter differentem *Andr. Matthiol. in lib. 6. Dioscoridis, p. (mibi) 971. cum seqq.*

ARTICULUS XXXVIII.

Indicia rapinæ & furti.

1. Latrocinii & furti indicium primum est, si penes aliquem res furto ablata inveniatur, & is de justo titulo, quomodo nimirum res ad ipsum pervenerit, docere nequeat. Nam si aliàs esset persona malæ famæ & judici suspecta, vel quia similia delicta antea etiam commisit, de ea certè quæstio haberi potest. Vide *artic. 43. Thom. Metzger. in resol. de torturâ, concl. 144. Zang. d. c. 2. num. 175. 176. Zieritz. hic, verb. aliquem, & verb. huiusmodi bona.* Ex moribus, motuq; corporis, & physiognomiâ etiam viros sanctissimos quorundam ingenia & eventus futuros prædixisse publicis monumentis consecratum extat, *Bernh. Zieritz. c. 40. verb. iis sit moribus.* Vide *Steph. art. 38.* ubi post *Zangerum* tractat illam quæstionem: An is, apud quem res rapta, vel furtiva invenitur, cogatur exhibere venditorem?

2. Quod si autè is, apud quem res rapta, aut furtiva reperiatur, si homo aliàs integer, & bonæ existimationis, ex eo non potest præsumi fur, aut latro. & sic per consequens non torqueri, nisi alia concurrant adminicula. Potest etiam fieri, quod huiusmodi rem emerit, aut permutarit, *Metzg. de tort. concl. 145* & sola inventio non probat furtum, *Zieritz. art. 40. verb. concurrentibus huiusmodi circumstantiis.*

3. Secundum tam latrocinii, quam furti indicium est, si qui in publicis diverforiis commorentur, incertis laribus, sedibusq; vagantes, nec tamen habeant tantum in bonis, ut hos sumptus ferre possint, ut mihi videntur esse planetæ illi terrestres, qui tecta rusticorum, non bella sequuntur, & nulli domino serviunt, *Rottirer / Bartirer / Landläuffer* & præsumptione cinguli militaris armorum atrocitatem non in hostes ostendere, sed contra vicinos, & forsitam etiam adversus miseros colonos, quos procurandos susceperunt, ut loquitur *Imp. in l. 15. C. locat.* convertere non verentur. Ideoq; non ferendi sunt in Romano-Germanico Imperio. Vide *Ränsf. Landfrieden zu Augspurg / 1548. auffgericht / sit. von den Herinlosen Knechten / §. wo sich auch / Reichsabschied zu Augspurg 1555. §. vnd damit angeregte.* Huic recessui congruit *Sammergerichts Ordnung par. 2. tit. 15. Fürstl. Württembergische Landordnung / fol. 40. & seq. tit. von Bart vnd Herinlosen Knechten / wie gegen dieselbe soll gehandelt werden / Fürstl. Leunenburgische Policeyordnung / c. 47. Confer *Ant. Hering. de fidei ius. c. 7. num. 162. Iust. Lips. 5. polit. 8. Domin. Arum. vol. 3. discut. Acad. 5. th. 57. Vdalr. Zaf. conf. 6. vol. 1. num. 20. Thom. Lansf. de utilitate & jucunditate historiarum, p. (mibi) 15. Reink. de Regim.**

Regim. Secul. lib. 2. class. 1. c. 7. num. 9. Paul. Matth. Wehner. in pract. observ. in voc. Frey-
beuter/Ruding. cent. 2. obs. pract. 47. Martin. Mager. à Schonb. de iure Advocatiæ, c. 8. n. 74.
cum seqq. Iohan. Harpp. in princ. tit. Inst. de re militari, num. 13. sintq; etiam desidiæ de-
diti, nullum honestum negotium exercentes, Zieritz. art. 39. verb. stipendiis negotia-
tionibus, ut sunt Cingari, vulgò Zügeuner/qui furtis, rapinis, mendicationibus, ac
chiromanticâ divinatione vitam suam tolerant, Schonborn 3. polit. 16. Vide Or-
din. polit. Francof. de Anno 1576. sub tit. von den Zügeunern/ Philip. Camer. cent. 1. oper.
subcis. 17. & sunt revera validi mendicantes, qui de civitatibus expellendi sunt,
Camer. d. cent. 1. c. 16. Cunrad. Dieter. in Analys. Evangel. Domin. 5. post Trinitatis, part. 2.
observ. 4 p. 174. Cunr. Rittersh. in iure Iustinian. part. 12. c. 15. num. 2. Videantur Zieritz.
d. art. 39. verb. profusè se gerunt, Matth. Steph. d. art. 39. Iohan. Zang. d. c. 2. num. 179. Metz-
ger. c. 146. vel denique, si qui in summâ mendicitate vixissent, mox locupletiores
fiant, contra eos sinistra præsumptio insurgit, maximè si sint illaudatæ famæ,
Metzg. concl. 148.

4. Tertium furti speciale indicium est, quando post factum furtum re-
periuntur penes aliquem claves adulterinæ, ferramenta, vulgò, Sperre/Brech-
zeug/Dteterich/oder falsche Schlüssel/vel alia huiusmodi instrumenta, d. artic.
43. §. item so der Diebstal/1. & 3. & ibid. Zieritz. & Steph. art. 159. Metzg. de tort. concl.
147. Pariter si ad fenestram ædium, & in quibus furtum factū esse Judici patet,
scalæ positæ videantur, quæ huius vel illius dicuntur, insurgit contra dominos
scalarum præsumptio, Zang. d. c. 2. num. 181. 182. Similiter si quis visus fuerit exire
domum, in quâ furtum factum dicitur cum fasciculo aliquo sub pallio id occul-
tante, n. 183. cum seqq.

5. Denique contra eos, qui opem, auxilium, & subsidium latronibus
aut furibus præstant, quædam militant indicia specialia, inter quæ primum est
illud, quando aliquis latrones & fures scienter & dolosè susceperit hospitio,
art. 40. & ibidem Matth. Steph. ubi etiam secundum & tertium adduntur indicia,
nempe quando aliquis de rebus furtivis, & raptis scienter & dolosè participa-
verit, vel easdem res in suam custodiam acceperit, vendiderit, & aliis modis la-
tronibus & furibus patrocinator fuit. Itemq; quando quis captivos latrones
vel fures, & similes delinquentes, qui aufugerunt, occultaverit. Item quando
quis pro huiusmodi refugis & suspectis personis transactionem facere suadet,
sine præscitu Magistratus, vel pro ipsis fidejubet, Metzg. concl. 149. Zang. d. cap. 2.
num. 186. cum seqq. Confer Bernh. Zieritz. art. 40. verb. res furtim vel vi substractas celat,
& verb. facinorosos receptat.

ARTICULUS XXXIX.

Aliud rapinæ indicium contra grassatores & pradones.

Vide notata ad art. 38. conclus. 3.

ARTICULUS XL.

Indicia contra furum auxiliares & receptatores.

Confer notas ad artic. 38. conclus. 5. & conclus. 4.

ARTICULUS XLI.

Incendii indicia.

I. Incendii, quod ex fulmine cœlesti, vel culpâ inhabitantium exortum non est (vide *Matth. Berlich. par. 4. concl. 25. num. 1. cum seqq. Pauli Sleuphneri Disputationem Inauguralem de incendiis, dissp. Basiliensibus insertam, Metzger. conf. 11.*) sed immitti indicium peculiare est, si quis clandestinè & occultè præparaverit igneas faces, vel tela ignea, vel alia fomenta succendentia, quæ commodè immitti possuat in ædes, vel alia ædificia, & paulò post incendium exortum sit. Nam, si alia indicia concurrant, sub tormentis interrogari debet, an ignem immiserit? *Zieritz. hic, in initio, & verb. si quis.* Nisi tamen vivis, & luce meridianâ clarioribus rationibus demonstrare possit, se eâ materiâ vel re ad finem licitum, neq; pœnâ dignum adhibuisse, aut destinasse, quo casu impunis dimittendus est, *Matth. Steph. hic*, ubi scribit hanc incendendi voluntatem paratam, & minas; æquè ut factum, punire leges. Idem esse puto, si minæ præcesserint, sive verbis, sive literis diffidatoriis factæ dicantur, sive alio modo *durch Brandzeichen / Zang. d. c. 2. num. 190.* quem imitatur *Metzger. de torturis reorum, conclus. 150.* ubi tria notabilia addit, & *concl. 151.* pulcrâ proponit quæstionem: An, si conductoris domus fuit combusta ab inimicis locatoris, teneatur conductori ad omnia damna, & interesse? Respondet affirmativè. Damnum enim ab inimicis alicujus illatum, ejusdem culpâ illatum præsumitur, & proinde ab illo resarciendum, licet inimicitiae causam ille verè non dederit, *l. si merces, §. culpa, ff. locat. Eberh. conf. 4. nu. 4. Ruin. conf. 147. lib. 1. Franc. Becius conf. 45. nu. 20. Bart Bertaz. conf. 288. nu. 5. Matth. Berlich. part. 4. concl. pract. 25. n. 67.* Vide me *discurs. Acad. 3. miscel. 13.*

ARTICULUS XLII.

Proditionis indicia.

Proditionis indicium peculiare est, si quis intraverit furtim præter morem, & quidem dolosè domum ejus, qui postea proditus est, & nihilominus hæctenus prætenderit, sibi ab eo insidias structas fuisse, *Zang. d. c. 2. num. 192. 193.* quem quoq; imitatur *Steph. hic.* Confer *Bernh. Zieritz. hic.* Proditorius etiam hostium interitus detestandus, *Elias Reusn. in hort. histor. polit. coron. 2. flor. 8. p. 172. 173.* Vide *Philip. Camer. cent. 1. medit. hist. 7. Chron. Carionis, lib. 2. p. (mihi) 212. Christ. Besold. 2. polit. 7. §. 3. concl. 26. p. 776. Gobler. hic, in auctario, p. 48.* Vide notata ad art. 124. ubi *Goblerus* notat familiare esse Saxonibus & Brunsvicensibus, ut joco & jam quemlibet in sua lingua familiarem appellent: *Du arge Berreer.*

ARTICULUS XLIII.

Furti indicia.

Vide notas ad art. 38. conclus. 3.

ARTI.

C R I M I N A L I S.
A R T I C U L U S X L I V .

63

Magia indicia.

1. Primum indicium est, si quis scilicet scientiam artis Magicæ habere videatur, & offerat se simul ad docendum alios incantationes. Secundum est, si venefica alteri minata fuerit incantare & fascinare, minæq; conjunctæ sunt cum effectu, *Dn. Herm. Goëhaus. d. tract. tit. 2. in conclus. p. 103. 106.* Tertium indicium ad torturam, si quis, vel quæ cum Magis & veneficis certis & convictis conversetur, amicitiamq; & familiaritatē coluerit. Similis enim simili gaudet, *Bernb. Zierit ꝛ. hic, verb. conversetur*, formicæ grata est formica, cicada cicadæ, accipiter accipitri; graculus graculo assidet, & talis ferè quisq; est, quales sunt, quibus cum conversatur. Quale subjectum, tale adjunctum, *Cunrad. Dieter. in Analys. Evang. Domin. 3. post Trinit. part. 1. p. 107.* Imò, secundum *Agapetum*, consuetudo cum malis nequitia est pabulum, *Dieter. d. Domin. 3. p. (mibi) 116. doctr. & observ. 6.* Vide *Goëhaus. d. tit. 2. p. 116. 117. & Nicol. Reusner. class. 3. Symb. Imper. 24. p. 200.* Quartum indicium, si quis, quævé res de veneficio suspectas secum habeat; puta si penes sagam, vel in illius conclavi reperiantur venena mala, olla impleta bufonibus, hostiis, membris humanis, imaginibus cereis, quæ acubus sunt transfixæ, &c. *Matth. Berlich. par. 4. concl. pract. 4. num. 147. Steph. hic, & ibidem Zierit ꝛ. verb. suspectis rebus.* Quintum indicium est, si quis, quævé labore suspicionem, & fama. De his requisitis confer *Zang. d. c. 2. num. 193. cum seqq. usq; ad nu. 206. Thom. Metzger. de tort. reor. concl. 127. cum multis seqq. Zierit ꝛ. hic, verb. gestibus, & minetur paulò post Dn. Herm. Goëhausen. amicum meum colendum, in decisionibus ad magia & veneficii materiam pertinentium questionum, q. 11. & in process. jurid. adversus sagas, in notis tit. 11. O. ubi taxat JCtos præter indicia in Carolinâ Constitutione expressa in crimine Magicæ alia non admittentes, Goblerum hic, in auctario, p. 49. An sagæ durius possint torqueri? Vide *Herm. Goëhaus. in notis & additionibus. ad tit. 3. B. K. Consule quoq; Henrici Boce-ri Consilium juris postpositum, tract. de torturis.**

A R T I C U L U S X L V .

De questionibus.

1. In hoc articulo agitur de die torturæ ad petitionem accusatoris discernenda, si præsumptiones, & suspensiones eo, quo dictum est, modo accusatum gravant, legitimeq; sunt probatæ, *Bernb. Zierit ꝛ. Matth. Steph. hic, vide me in hoc Commentariolo Criminali, ad art. 6. concl. 2. cum seqq. & ad art. 8. concl. 1.*

A R T I C U L U S X L V I .

Interpellatio de cruciatu evitanda.

1. Vide *l. custodias, ff. de publ. iud.* scilicet omnia prius experiri, quam armis sapientem decet, *Zierit ꝛ. & Steph. hic.* Quod si reus nihilominus diffiteatur, ad torturæ interminationem deveniri, & confessio annotari, Sin verò neget, quibus rationibus & fundamentis id faciat, æquè in tabulas redigi debet.

2. Quid

2. Quid si reus ab hac torturæ interminatione provocet, & appellet, simulq; defensionem alleget, eritne audiendus? Negat *Henr. Bocer. in eleganti tractatu de tortur. c. 3. num. 172. cum seqq.* ab eâ Judicis interlocutione; quâ tortura reo dictatur, appellari posse ad tribunal superius. Vide *disc. meum Acad. 3. miscell. 7.* Adfirmant verò *Dn. Henr. Nebelk. decis. 21. p. 236. Zanger. de questionibus, c. 4. num. 3. Brun. de Sol. in locis communibus juris Casarei, verb. appellatio datur à decreto, de exequendo, n. 12. Christ. Besold. de appell. c. 7. num. 6. Camill. Borell. conf. 30. cent. 1. Paris de Put. de Syndicatu, verb. tortura, vers. quæro, nu. 4. Zieritz. hîc, verb. torturæ interminationem.* Vide *Dn. Herm. Goëhaus. in processu adversus sagas, tit. 3. in notis D. E.* Reprehenduntur meritò Judices, qui sitientes sanguinem humanum potius, quàm Justitiam, & cupientes haberi justî, cum non sint, nolunt pronunciare in lite criminali, reum torquendum esse, ut evitent appellationem in dictâ interlocutoriâ interponendam, *Farin. de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 38. num. 7. Vent. de Val. de remed. abbr. lit. lib. 2. c. 12. n. 35.* Memini ego in causâ F. contra B. R. torturam decretam fuisse, & cum à reo ad Cancellariam P. appellaretur, eveniebat, quod reus manifestissimis probationibus fisci intentionem, & quidem in specie elideret, & se tempore perpetrati delicti (cujus infimulabatur) alio in loco fuisse probaret, & liberatus est. Cæteroquin appellatione remotâ, torturæ fuisset subjectus non sine existimationis, corporis, & vitæ periculo. Vide *art. 47. seq. con. l. 3.*

ARTICULUS XLVII.

Innocentiæ ante torturam, ejusq; probationis assertio.

1. Summa hujus Articuli, quod defensio inquisito, vel accusato ante torturam non sit deneganda. Nam favor innocentia, magnus, major, maximus, & summa est ratio, quæ pro ea facit, & omni tempore de innocentia rei, etiam confessi & condemnati, quærendum est, si de innocentia constat, *Franc. Cason. in aur. tract. de indic. & tort. tract. 10. c. 4. num. 24. Thom. Metzg. conf. crim. 1. n. 41. cum seqq. & conf. crim. 15. p. (mihi) 269. n. 102* Imò Diabolo, si standi personam in Judicio haberet, non deneganda esset defensio, *Chass. conf. 58. nu. 32. Seb. Medic. in tract. de cas fort. par. 1. q. 8. num. 29. Flam. Cartar. & execut. sent. in pref. n. 9.*

2. Et ante torturam defensio, quæ tamen calumniosa non debet esse, *Zieritz. hîc, verb. nunquid ostendere valeat*, concedenda, ne imitemur illos, qui furem strangulari curant, & deinde disquisitionem instituunt. Eleganter *Zieritz. hîc, verbis: imò ante torturam.*

3. Si reus demonstrare forsan potest, se ipso illo tempore, quo crimen fuerit perpetratum, alibi fuisse, & quidem isthoc loci, unde innocentia appareat. Vide *art. 46. concl. 2. in fin* hujusmodi assertio innocentia neq; captivo. neq; ejus adnatis sine gravi & evidenti causâ deneganda erit, latè *Steph. hîc, Gobl. in autario, pag. 53.* Nemo enim ante hac vidit, nec potest fieri, tempore uno, homo idem duobus ut locis simul sit, licet de Johanne Teutonico scribat *Wierus,*
(qui

(qui ob magiæ crimen pœnam mortis metuens scripta sua edidisse putatur, teste *Crespeto discurs. 3. Od. Sat.*) quod visus fuerit uno & eodem tempore tribus in locis. Pythagoram narrat, vel potius fingit *Ælianus* in duobus locis simul visum. Et *Antoninus ab Hennin. Arnif in doctrin. polit. c. 4. in init. p. 101.* allegatus, Ambrosium testatur simul Mediolani divinis rebus adstitisse, & simul Thuronæ exequiis D. Martini interfuisse. Sed *Amphitruo apud Plautum in Amphitruone* nequit illud sibi persuadere. Eleganter ex aliis *Zieritz. hïc, verb. alibi fuisse, & verb. opus est preterea*, quæstionem illam, cum Advocati Consilium etiam de substantia defensionis videatur, an ille indistinctè etiam in atrocioribus sit admittendus? in partem disputat utramque, tandem per *l. si non defenduntur, ff. de pœnis*, decidit, quod sic. Quia nimirum alii ex simplicitate, alii ex terrore nequeunt suas proponere defensiones. Vide *Gobler. d. loc. verb. ex simplicitate*, quam rationem singulariter ponderat in crimine veneficii, *Matth. Delr.* (quem valdè commendat *Anton. Fab. ad tit. C. de malef. & mathem. defin. 2. num. 11.*) *5. disq. Magic. 38. Dn. Herm. Goëhaus. in process. jurid. contra sagas & veneficos in necessariis aliquot monitis, monit. 5. p. 17. 18. 19. & tit. 3. in not. E. Vide art. 14. art. 73. concl. 4.*

4. Innocentia rei per testes ejus, vel agnatorum sumptibus, probanda & deducenda. Sin per testes verò captivus, aut ipsius agnati per pauperiem id non possint, ex publico impensæ persolvantur, *Steph. hïc*, ubi decidit quoq; copiam indiciorum reo etiam non petenti dandam, *Vent. de Val. in parth. litig. lib. 2. c. 12. num. 35.* At cum ex inquisitione, vel testium depositione innocentia delati non apparuerit, ad indicia prius illata & probata in præsentia Judicis, & duorum Adessorum, nec non & Notarii torqueri tutò poterit. Sed Notarius in conscribendis torti ex eculeo dictis atq; confessionibus omnem adhibebit diligentiam, è quibus accusatori, quantum ejus intererit scire, denunciabitur, confessionumq; exemplum, si petat, dabitur, neq; per dolum quicquam celabitur. Post *Remum Steph. hïc.*

ARTICULUS XLVIII.

Veritatis factâ confessione, accuratior indagatio; & primum de cade.

1. Non enim confessio indistincta, implicita, generalis, & non expedita ad condemnationem sufficit, *Zieritz. hïc, verb. si tortura passus*, ubi rectè dicit, aliud esse confessionem rei, aliud exploratum facinus, & latius id ipsum antea deduxi, *art. 6. concl. 3. cum seqq.* vide *Steph. hïc.* Si quis igitur homicidium fateatur, interrogandus est; qua de causa illud perpetrarit, qua die, qua hora, quo loco, cujus ope, consiliove usus fuerit, ubi cadaver reliquerit, absconderit, aut humo mandarit. (Fassus enim fuit quidam in tortura accusatus; se quendam secum pernoctantem trucidasse, & in fossam horti sui cadaver projecisse, ibidemq; post habitam inquisitionem inventa fuerunt ossa numero septendecim,

I

quæ

quæ pro hominum ossibus haberi voluerunt, at ex tali ossium paucitate, maxime partium minus principalium, de homine interfecto nondum constare potuit. Imò posteaquam tandem ossa illa anatomicis cognoscenda, & dijudicanda transmissa fuerunt, à Medicis Helmstadiensis & Giessensis Academiæ, non humana, sed beluina esse ossa responsum fuit; ut testis est *Nebelk. d. decis. 21. p. 246.*) quo armorum genere id commissum; quæ & quot vulnera punctim cæsimq; intulerit, quid bonorum apud occisum repererit, abstulerit, vendiderit aut celarit. Qui omnes interrogationum modi non incommodè furibus, prædonibus, latronibusq; mutatis mutandis, ut fatentur, proponi possunt. Refert *Valerius Maximus* de Caldio Bononiensi, reo profuisse circumstantias: Suspectus, inquit, erat locus, suspectum tempus, suspecta matrisfamilias persona, suspecta etiam adolescentia ipsius. Similiter ille apud Comicum: Concurrunt, *inquit*, multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant, locus, occasio, ætas, mater, sub imperio cuius est, mala. Habet hæc *Gobler. in artic. 47. in auctario, pag. 54.*

ARTICULUS XLIX.

Interrogatio confessi proditoris.

I. Falsus proditor interrogari debet, quis conduxerit confessum, quid proditoris nomine à conducente acceperit, ubi, quomodo, & quo tempore, quibusque de causis facinus hoc ausus fuerit, *Zieritz. hic, per tot. & Steph. ibidem.* Erat quondam Apelles Pictor apud Ptolomeum conjurationis, quæ in Tyro facta est, insimulatus, falsò, & per calumniam Antiphili: ubi reprehenditur Rex, quod conjecturas, quæ causæ fidem aut facerent, aut minuerent, primùm neglexit, nec animadvertit calumniatorem Apelleæ artis æmulum esse: deinde fortuna minori Apellem, quàm ut civitatem prodere posset, neque interim percunctatus, num aliquando ille in Tyrios navigasset, quin statim plectendus videbatur. Sed re per circumstantias cognita, collectoq; animo, Rex postea sententiam mutavit. Tanti refert in omni causa, peristales, vel diligenter observasse, vel temerè neglexisse, *Gobl. art. 48. p. 55.*

ARTICULUS L.

Si veneficium quis fateatur?

I. Is quæri debet, quibus de causis propinarit venenum, aut propinare voluerit, unde id acceperit, qua ratione usus fuerit, quemq; habuerit suaforem, aut auxiliatorem, *Zieritz. & post Remum Steph. hic.*

ARTICULUS LI.

Examen incendium confitentis.

I. Interrogatus de incendio, si fateatur delictum, quærendus erit, cur hoc fecerit, quo tempore, quibus sociis, quibus consiliis, auxiliis, quibus instrumentis

mentis

mentis vulcaniis fuerit usus, unde ista acceperit, aut compararit, *Zieritz. & ex Remo Steph. hîc.*

ARTICULUS LII.

Magiæ, sortilegiij, reum quæ interrogari oporteat?

1. Si sortilegium, aut incantationes fateatur eculeo subjectus, non ab simili modo causæ & circumstantiæ indagandæ sunt, ut modò dictum est. Peculiariter verò quærendum est: Quomodo, quibus mediis, & quando, quibus verbis, aut factis incantationi operam dederit. Quod si fatetur, se aliquid defodisse, aut domi aliquid superesse, cujus sit usus aliquis in veneficio, ea statim refodi, & investigari debent. Quod si nequeant inveniri, nihilominus tamen dicta, facta q; exponenda sunt, an cum sortilegio cognationem habeant. Quæsito insuper opus est, confessus ubi, quando magiam didicerit, quo præceptore sit usus, quidvé damni, & quibus intulerit. *Versio est Zieritziana. Remi versionem retinet Steph. hîc.*

2. Cùm exactè, & non superficialiter de hoc abominando veneficii crimine constare debeat; quæritur: an in eo processus ordinarius necessarius? Quod adfirmant *Ern. Cothm. vol. 1. conf. 12. num. 58. cum seqq. Bernh. Zieritz. hîc, verb. si sortilegium.* Hinc *Petr. Heig. par. 2. q. 35. num. 7. cum seqq.* dicit, in crimine veneficii inquisitis & accusatis copiam indiciorum dari debere. Plura habet *Matth. Berl. part. 4. concl. 4. n. 5. 6. & seqq.* & de magis & sagis copiosè agunt *Godelmannus, Bodinus, Fr. Torreblanca in peculiaribus tractatib. Dn. Herm. Goëhaus. amicus meus, in processu Iuridico contra sagas & veneficos unà cum decisionibus, ad hanc materiã pertinentibus, Frid. Balduin. de gradibus conscientiæ, lib. 3. c. 5. p. 709. cum seqq. Thom. Metzg. & Sigism. Wittum. in consil. crimin. Vide Theatrum de veneficiis, & Thesaurum Exorcismorum, in fuste Daemonum in malignos spiritus, c. 5. p. 443. & passim, Lamber. Danaum, Iacob. Vallick, Vlric. Molit. Adrian. Reinman. Ludov. Lavaterum, Leonhard. Thurneissers Bedencken! Abrah. Sawer. Paul. Frisium tom. 1. & 2. malleorum quorundam maleficarum tam veterum, quàm recensium autorum.*

3. Casum tum ob facti novitatem, tum ob quæstionis difficultatem admiratione dignum proponit, & decidit *Consultissimus Dn. Iohannes Grivellus in decisionibus celeberrimi Sequanorum Senatus Dolani, decis. 33.* quem hîc referam, cùm non sit doctissimus autor in omnium studiosorum manibus: Mulier quædam sortilegii suspecta, & ob id in carcerem detrusa, audita, & interrogata à Judice competenti super crimine, multa sponte fatetur, quibus criminis non tantùm vehementer suspecta, sed & convicta esse videtur; Fatetur enim in primis, se bis, aut pluries interfuisse nocturnis maleficarum conventiculis. Item fatetur fidem & religionem Christianam prius abnegasse, ei q; & sacramentis omnibus renunciasse, simulq; sacrilegam professionem per expressum pactum fidelitatis cum Dæmonibus admisisse: Fatetur deniq; se homagium Diabolo inter maleficas consuetum præstitisse, horrenda, quæ Dæmonibus litant, sacrificia

peregisse, grandines excitasse, multaq; alia ejusmodi. Quoniam autem præcipuè istarum maleficarum actiones in istis conventiculis eæ sunt, ut ibi epulentur, & deinde choreas ducant & saltationes, & posthæc, carnalibus spurciitiis cum incubis Dæmonibus sese polluant, interrogata super his omnibus obmutescit omninò. Rursus interrogata & sciscitata, cur ita obmutescat, signis demonstrat, se non posse loqui, gutturq; ostendit prodigiosum in modum intumescens. Quamobrem intermissis interrogatoriis, per aliquot horas, cum ad pristinam sanitatem reversa esse videretur, & interrogaretur, unde illud esset, quod non potuisset loqui, respondit, se à Dæmoniis esse obsessam, qui eam usu vocis ita privaverant, ne veritatem confiteretur. Interrogata verò quomodo id contigisset, ut à Dæmoniis obsideretur, respondit, ex maleficio cujusdam sortilegii (quem nominabat) id sibi accidisse, qui quidem dato pomo, & ab eâ deinde comesto, duos Dæmones in eam immiserat (quod & sortilegus ille, jam tum in alio carcere reclusus, iisdem penè verbis falsus est.) Item interrogata, quo tempore id factum esset, narrat sigillatim, sed ita tamen, ut ex ejus dictis non satis facilè colligeretur, an pomum illud jam ipsa comedisset, antequam pactum illud prænarratum fecisset cum Dæmone, & antequam conventiculis illis nocturnis unquam interfuisset. Interrogata iterum, an in illis nocturnis conventiculis Dæmoni incubo sese subjecisset, & prostituisset, rursus obmutescit, sed capite annuit, ac si fateri voluisset. Interrogata autem quoties duobus digitis sinistræ manus paululum erectis. Demonstrat bis id factum fuisse: tandem, cum ex his, aliisq; multis signis satis evidentibus, revera constaret eam esse Dæmoniacam, & ab immundis spiritibus obsessam, procurat Judex, ut, omnibus modis ab Ecclesiâ Catholicâ approbatis, Dæmonia illa ejicerentur, quod tandem, divinâ id concedente gratiâ, piis quorundam Sacerdotum precibus, jejunis & exorcismis obtinetur. Cumq; omninò liberata esset, & Judicis ipsamet significasset, se post adhibitos exorcismos, à Dæmonibus dimissam esse (quos dicebat ab eâ decessisse in forma duorum nigricantium limacum, qui postquam per cubiculum visissent aliquantulum circumire, subito disparuerant) iterum & sæpius interrogata, omnia supradicta spontè, & ingenuè fateatur, confessionesq; præcedentes ratificat. Illud tamen addit (ad sui exonerationem) se, postquam obsessa fuisset, ad nocturna illa conventicula sortilegorum, nescio quo modo, per aëra transvectam fuisse, eaq; omnia, quæ ibi cum cæteris maleficis egisset, præter voluntatem accidisse operâ Dæmonis obsidentis. Dubius itaq; Judex, quid in eam statueret, tandem quæstionibus eam supponi jubet, eo ut creditur animo, ut ab ea veritatem erueret, super hoc facti dubio, an scilicet jam tum cum Dæmone pactum illud solemne iniisset, cum pomum illud maleficum comedisset, quo mediante à Dæmoniis fuerat arrepta. Ex quo decreto, interjecta deinde appellatione, dubitatum fuit in Senatu; quid decernendum foret? *Hic casus est*, cujus decisionem vide *num. i. w/g. ad n. 32.*
quibus

quibus in locis, præsertim nu. 8. 9. 10. multa egregia & scitu dignissima tractantur de obsessis, & unde cognosci possit, aliquem à Diabolo verè obsessum esse, tradit *Fridericus Balduinus in tract. de casib. conscientia, lib. 3. c. 2. cas. 2. p. (mibi) 617. cas. 3. p. 623. cas. 4. p. 627. & casibus seqq.* Vide *Responsum juris in arduâ & gravi quâdam causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, q. 2. n. 209. cum seqq.*

ARTICULUS LIII.

Interrogationum ad similia attemperatio.

1. Vide *artic. 24.* Sagacis & prudentis Judicis esse dicit *Imperator*, ex enumeratis circumstantiis alias in aliis casibus secundum qualitatem personæ & causæ colligere, quemadmodum eleganter *Arcadius* tradit, scilicet plurimum in excutiendâ, inquirendâq; veritate etiam vocè ipsam & cognitionis subtilem diligentiam adferre. Nam & sermone, *inquit*, & ex eo qua quis constantia, qua trepidatione quis diceret, vel cujus existimationis quisq; in civitate sua est, quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt, *l. de minore, §. tormenta, ff. de quest.* Eo autem ordine, quo reus crimen enarrat, iisdemq; formalibus, quæ vocant, verbis in consignatione actuarius uti debet.

ARTICULUS LIV.

Veritas circumstantiarum non omittenda.

1. Unica circumstantiola variat jus. Ideoq; circumstantiæ, quæ totum hîc faciunt, non negligendæ, sed diligenter, quantum quidem certitudo & necessitas causæ postularit, explorandæ. Vide *Goblerum, Zieritzium*, in primis verò *Steph. hîc, Nev. ad l. 40. num. 31. de question. & ad l. 6. C. n. 3. de lib. caus. Bus. ad l. 1. nu. 2. & seqq. ff. de accus. & ad l. 2. §. unde queri, ff. ad L. lul. de adult.*

ARTICULUS LV.

Si confessiones falsæ, confictæq; ex inquisitione appareant.

1. Hic dolus & mendacium confessionis repetitâ torturâ, seu quæstione mulctandum. Consule *Gobler. Zieritz. Steph. hîc.* Non rarò enim etiam haud innocentes in circumstantiis fallunt, spe freti, se hoc dolo (quamvis frustrâ) pœnas elufuros.

ARTICULUS LVI.

Circumstantiarum enarratio spontanea.

1. Suprà *art. 31. conc. 1.* clarè positum, quo pacto quis, si delictum aliquod dubium propter torturam, aut minas fatetur, de omnibus circumstantiis ejusdem delicti rogandus, ac desuper inquisitio, seu scrutinium faciendum sit, ad investigandam, evincendamq; veritatem. Quod tamen nonnunquam sic depravatur, cum in captivi deprehensione, aut quæstione illæ ipsæ circumstantiæ maleficii, secus quàm oportet, pronunciantur, ac desuper interrogantur. Id-

circò volumus, quod Judices id prævenientes caveant, ne accusatis, seu captivis aliud, vel ante torturam, vel in torturâ proponatur, quàm in Articulis præcedentibus descriptum est. Vide *Goblerum hîc, & in auctario, ut & Zieritz. in notis ad nostrum præsentem Articulum, verb. præcedente suggestione.* Utrum Judex mendaciis à reo veritatem elicere possit? Consule *Vent. de Valent. in parthen. litig. lib. 1. cap. 14. num. 25. & ab eo allegatos Dd. magni ingenii virum Dn. Herm. Goëhaus. in sæpissimè citato tractatu adversus sagas, tit. 5. & in notis A. B. C. D. E. cum seqq.*

2. Patet ex hoc Articulo confessionem ipsi reo post diem unum atque alterum prælegendam, ejusq; responsionem ad eam inquirendam esse, *Steph. hîc, in fin.* Ad minimum verò necesse est, ut intercedat dies & nox post tormenta, *Zieritz. hîc, verb. uno vel altero die.* Eleganter *Joach. Scheplitz. in prompt. iur. Klamm. tit. 44. §. 5. a. ubi quoq; allegat art. 56. hîc.*

ARTICULUS LVII.

Confessionis revocatio.

1. Solent plerumq; delinquentes suam quæstionem rursus negare, & in contrariam sententiam vertere, quod si ex malo & malitiâ fieri comperiat, dabitur iterum quærendi necessitas, aliàs furca staret in viduitate, ut inquit *Prosper. Farin. de indic. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 38. n. 91.* Quia fatui essent, si ratificarent, cum sciant, non ratificando se salvos evadere. Hinc Germani dicunt: *Wann man mit Lügen künde vom Galgen kommen / wûrde niemand gehangen.* Melius millies torqueri in brachiis, quàm semel in gulâ, *Iurga. Valent. Wûnth. de remed. abbr. lit. lib. 2. c. 12. num. 36. Herm. Goëhaus. in process. iurisd. de sagis, tit. 4. K.*

2. An reus semel tortus sine novis indiciis torqueri possit? De hac quæstione consule omninò *Scheplitz. d. loc. & allegat tit. 44. §. 3. a. num. 1. & b. num. 7. 8.* ubi eleganter hac de re differit, & varias Dd. refert sententias, & tradit quoque: An tormenta usque ad tertiam repeti possint vicem? Ego de binis istis quæstionibus statuo, primò torturam non repetendam, nisi nova superveniant indicia prioribus urgentiora. Ideoq; damnanda præctica totius Germaniæ torquendi reos sine novis indiciis. *Vent. de Valent. in parth. litig. lib. 2. c. 12. num. 36. Herm. Goëhaus. d. processu. tit. 4. A. B. ubi limitationes vid. bis, C. D. G.* Denique & secundò, reum ultra tertiam vicem torquere impium esse, *Vent. de Val. d. nu. 36. in fin. Metzg. consil. crim. 1. num. 43. in resol. de torturis, conclus. 197. Zieritz. hîc, c. 58. verb. frequenter & raro, dissentientes allegat; qui volunt reum bis tortum non posse denuò torqueri; & simul inquit in rationem numeri ternarii, & proponit singularem casum, qui de facto contigit: Quid si sub tertiâ vice torti brachio sinistro chartulæ sortilegæ deprehendantur? Certè ulteriorem torturam decernendam putavit. Confer *Steph. hîc, in fin.* qui huc pertinentia singulari cum diligentia tradit *art. 58. n. 5.* Vide *Dn. Goëhaus. d. tit. 4. I. K. & ab eo allegatos Dd.**

3. Quod si tamen reus ejusmodi revocationis causas in medium adferat,

rat,

rat, quibus moveri possit Judex ad credendum, illam confessionem ex errore factam fuisse, admittendus erit ad errorem illum probandum, *Zieritz. hïc, & in notis, per tot. consulendus quoq; Matth. Steph. hïc.* Quod si verò in probatione deficit; multis præjudiciis doceri potest, secundum *Bernh. Zieritzium*, non obstante revocatione, si bis in torturâ, vel etiam liberè de delicto confessus sit, in reum capitalem sententiam latam fuisse, eamq; executioni demandatam. Ad quod *Zieritz. verb. admittendus erit, Iohan. Zang. de tortur. c. 5. n. 3 & 8. allegat. Tu cogita.*

ARTICULUS LVIII.

Modus torture.

1. Quæstio seu tortura, secundum indiciorum & suspicionum, tum personarum etiam conditionem plus, aut minus, frequenter, & rarò, durius, & levius ex arbitrio prudentis Judicis fieri debet. Inde in sententiis interlocutoriis, quibus tortura decernitur, plerumq; additur clausula cum moderamine; *Daß der Gefangene mit scharpffer Frage / jedoch zimlicher / oder verantworlich / oder massen / oder Menschlicher weise / zu belegen.* Eleganter post alios *Goëhaus. in d. tract. tit. 3. in notis 3.* Quemadmodum si reus duntaxat terrendus est, hoc quoq; solet præcaveri sententiis interlocutoriis, ne reus manibus carnificis apprehendatur, hac consuetâ formulâ: *Daß ihr wolbefügt den Gefangenen dem Scharpfrichter fürzustellen / aber doch vnangegriffen in der Güte befragen zu lassen / Zang. de tort. c. 4. num. 11. & seqq. quem allegat Steph. hïc. num. 1.* Neq; illa, quæ in mediis cruciatibus reus profert, sed quæ modò remissus & relaxatus enunciat, actuarius annotabit, *Zieritz. hïc, verb. neq; illa, quæ in mediis cruciatibus, Zang. d. c. 4. num. 12.*

2. Pessimum, atque immane facinus est, torquere hominem sciens volensq; ut moriatur, quemadmodum ille apud *Fab. Quintil. decl. 18.* qui filium occidit in tormentis. *Horatius* optimè cecinit:

*Est modus in rebus sunt certi deniq; fines;
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.*

Consule *Gobler. in explicat. l. respiciendum, ff. de pœnis, verb. ne quid durius aut remissius constituatur, p. 186.* Sic quoq; modus adhibendus in torturâ, *Vlp. in l. questionis modum, 7. ff. de quest. de quo, & quis dicatur sufficienter tortus videndi, Foller. in pract. crim. par. 3. p. 3. num. 78. Iacob. Menoch. de arbit. jud. quest. cent. 3. cas. 272. num. 3. Thom. Metzger. in resolut. de tort. concl. 280. cum seqq. Gobler. art. 57. in auctario, p. 59. ubi quærit: Quid si quovis modo tortus, & confessus latrocinium moriatur in carcere? & putat decisionem hujus quæstionis discretioni Judicis committendam. Communiter receptum est, Judicem ultra horam reum in cruciatu detinere non debere. Eleganter *Vent. de Val. in parth. lib. 2. c. 12. nu. 36.* Atq; hinc etiam est, quod prudentes Judices & Magistratus in torquendis reis ut plurimùm adhibeant horologia, ut possint tempus exactè observare, *Lud. Gilhaus. in arb. in crim. cap. 6.**

circas

circa fin. ubi etiam notabiliter subjungit, quod reus leviter dimitti debeat à torturâ, & manus ejus relaxari, ut extra torturam eò facilius & melius confiteri possit, *Bocer. de tort. c. 5. num. 2.* Quod si hîc quærat: Quonam tempore ante, vel post cibum reus ad quæstionem abripi debeat? Respondemus, hoc nullâ certâ regulâ juris esse definitum, dicunt tamen Dd. nostri, quod quando bibit, vel comedit reus, Judex ad minimum expectare debeat cum torturâ quinque horas, donec aliqua fiat digestio, ne videlicet propter torturam vertatur stomachus, & evomendo patiatur reus, & sic examinari commodè non possit, ut post *Marsilium*, *Farin. Dely. tradit, Metzg. conf. crimin. i. nu. 45. 46. in resolut. de torturis, concl. 186.* *Herm. Goëhaus. in processu de lamiis, tit. 3. in notis H.* ubi refert *J. Cros* Colonienses in consilio, quod extat apud *Cothmannum vol. 3. resp. 29. n. 247.* decem vel octo horas requirere, sed putat tamen quinq; vel sex sufficere. De variis tormentorum generibus, sive gradibus eleganter agunt, *Dn. Matth. Steph. hîc, num. 3.* *Thom. Metzg. in resolutionibus de torturâ, concl. 153. cum seqq. & concl. 163. cum seqq. tractat;* quibus personis tortura inferri possit; quibus non?

ARTICULUS LIX.

Tortura vulnerati.

1. Accusatus, si periculum sit, ne inter, vel post tormenta ob vulnera expiret, eâ arte torquendus est, ne quid damni accipiat, *Matth. Steph. hîc.* Afflictio enim adflicto addenda non est, ut *Iust. Gobler. hîc, in auctario,* eleganter & doctè tradit; quem omninò vide.

2. Hoc in casu conscientiosus Judex Medicorum & Chirurgorum judicia adhibere debet. De vulnerum materiâ copiosè tractant allegati auctores à *Zieritz. hîc, verb. vulnera unde mortis periculum.* Vide *tom. 2. conf. crim. à Zieritz. Coll. conf. 107. & notas meas ad art. 147.*

3. Si prægnans mulier propter periculum partus torqueri nequit, *l. 3. ff. de poen. l. Imperator, ff. de stat. hom.* Eleganter hac de re *Phil. Camer. cent. 3. medit. histor. c. 51. p. 192.* Et non refert, sive sit valdè gravida, & quasi proxima partui, sive gravida tantùm per spacium unius mensis; quo tamen in casu non creditur mulieri, dicenti se esse gravidam, ad effugiendam torturam, sed si Judex dubitarit, consulere eâ de re debet obstetrices, *Iul. Clar. q. 64. vers. quero modo,* ubi subjungit, quod nec statim quidem post partum editum torqueri possit hujusmodi mulier, sed expectandi sint quadraginta dies ad minimum: & mulier prægnans non potest condemnari ad mortem ante suum partum, *Sebast. Med. in tractat. mors omnia solvit, par. 1. nu. 153.* Sed an mulier prægnans tantùm terri possit? Respondeo cum *Gomezio Metzg. de tort. concl. 158.* Quia ex terrore etiam abortus sequi potest.

ARTICULUS LX.

Conclusio, & epilogus materie de torturâ.

Imperator hîc requirit, ut quæstioni fides habeatur, indiciorum ante torturam

turam

tutam gravitatem, & confessionis factę, mediante exploratione, evidentiam & apparentiam. His concurrentibus, indiciis, confessione facti & circumstantiarum evidentiã, pœnam tutò posse infligi demonstrat. *Zieritz. hęc, verb. si quando.* Vide *Gobl. hęc, art. 59.* & in *auctuario*, ubi dicit, distinguendum esse, an reus in confessione perseveret, nec ne? Confer quoq; *Steph. hęc, per tot.*

ARTICULUS LXI.

Quando captivus ex justâ suspitione tortus, & non convictus est.

1. In hoc casu neq; Judex, neque actor, qui ordinariis & jure concessis modis ac mediis veritatem investigarunt, nullam incurrunt pœnam. Abstinentium enim non solum à malo, sed etiam à suspitione mali. Eleganter *Steph. hoc art.* & ante eum *Gobler. art. 60. in auctuario, Zieritz. hęc, verb. ne in suspitionem aliquam.* Sed quid faciendum; absolvendusne est torturę subiectus, & nihil confessus, si nulla superveniant nova indicia? Absolvendum illum esse adfirmant, *Zieritz. hęc, verb. nulla iudici metuenda erit pœna, Matth. Steph. hęc, art. 58. nu. 6.* licet varias recensent opiniones. Vide quoq; *Ant. Hering. de fideiuss. c. 10. n. 445. & seqq.*

2. Porrò, si innocens quis deprehendatur, neque convinci de crimine intentato possit, sibi sumptus accusator imputabit, æquè accusatus & tortus ex suo alimenta sua exolvat, squalorem, quæstionumq; dolores æquã mente feret. Judex autem ex publico quæstionum impensas, lictorum sportulas, tortoris mercedem, & quicquid ex eã causã impensum est, depromet, *Zieritz. in ipso textu, art. 61. & ibid. Steph.*

ARTICULUS LXII.

Accusatoris probatio.

1. Processus certè anima & medulla est probatio. Hinc rectè dicitur: 1. Non tibi jus, sed probatio deficit. 2. Actore non probante reus absolvitur, *l. qui accusare, 4. C. de edend.* Latius hac de re in *decad. Consiliorum, cons. 10. n. 135. 136.* etiamsi nec exceptionem allegarit, nec allegatam probarit, *l. unic. C. de prob. sequet. pec.* ne in necem suam, tanquam Bellerophon, ad radicandam actoris intentionem probationes exhibeat, *Dn. Iohan. Eichrod. velit. Acad. 4. concl. 14. de oblat.* Vide *Steph. hęc.*

2. Cùm reorum proprium sit negare, sufficit, si æquo, bonoq; Judici satisfactum sit, etsi non parti adversę, cum adversarius commodo suo serviens, nunquam satis probatum diceret, etiamsi omnium probationum adminicula in unum conferres, adeoque si solem ipsum pro ostendendã veritate in manu gereres, ut eleganter scribit *Iohan. Oldend. in suo tract. de probat. dict. & fact. in princ. à*

Mascardo (de cuius laudibus agit *Fulv. Pacian. lib. 1. de probat. cap. 1. num. 18.*)

laudatus, 1. de probat. q. 2. num. 25. 26. Zieritz. hęc, c. 62.

verb. diffitente.

Testium ignotorum productio.

1. Imperator *hic* testium, quibus potissimum probationes fiunt, (Nam delicta instrumentis regulariter non probantur; ut copiosè tracto *disc. Acad. 2. concl. 23.*) materiam subjungit, quam eleganter, nervosè, & doctissimè tractat post alios *Prosper Farinacius*. Facit autem testimonium Judici suspectum inter alia, si testis sit ignotus, quem scilicet reus, neque de auditu, neq; de visu, notitiaq; quamvis levissima agnoscit, nisi producens sive actor eum esse fide dignum probarit, *Farinac. in tract. de test. tit. 2. q. 62. tit. 6. nu. 7.* quem allegat *Steph. hic.*

2. Judicis est, de testium conditione inquirere, atque ex officio inhabiles, & non fide dignos, etiam nemine excipiente, repellere, *Gobler. artic. 62. in auctar.*

ARTICULUS LXIV.

De precio corruptis testibus.

1. Hi testes omni jure reprobantur.

Nec benè conducti vendunt perjuriam testes. Ovid.

imò competenti pœnâ afficiendi sunt, & tenentur pœnâ falsi, *Steph. hic, Gobler. art. 63.* Si corruptus deponat contra corrumpentem, eum non puniendum esse concludit *Myns. cent. 6. obs. 67.* quod cum micâ falsi intelligendum putat, *Zieritz. hic, verb. pœna legibus constituta.*

ARTICULUS LXV.

Quomodo testes deponere debeant.

1. Causam scientiæ dicti sui reddat testis, aliàs non deponit, ut homo, sed ut pecus, *Steph. hic.* Vide *Zieritz. c. 65. verb. quod ipsi sciunt, & verb. scientiæ causas,* dicit hoc fallere in interrogatoriis. Quod si verò dicit, se ab aliis audivisse, parum roboris hoc habet testimonium, sed ea attestatio recipitur, quæ per facti evidentiam, seu oculorum inspectionem constat, quam *Azo* omnium certissimam vocat. Plus enim testem oculatum unum, quam decem auritos, etiam si *Midæ* aures habeant, valere ex *Plauto in Trucul. lippis norum,* & tonsoribus, ut cum *Horatio 1. serm. 7. loquar.* Certior enim aure arbiter est oculus. Neque enim, ut *Naso* canit:

Affectus similis aut impetus idem,

Rebus auditis conspicuisq; venit.

siquidem secundum *Senec. lib. 1. Epist. 6.* homines semper amplius oculis, quam auribus credunt. Vide *Nic. Reusner. class. 1. Symb. Imper. 36. in fin.*

2. Notandum tamen attestationem de auditu utiq; non sufficientem, *Menoch. de arbit. jud. quest. cas. 475. num. 4. Fiehar. cons. 105. n. 10. vol. 2* non tamen nullius momenti esse, ut notat post *Hector. Emil. Zieritz. hic, verb. utiq; haud sufficiens.*

ARTI-

Testes idonei.

1. Testes sufficientes sunt, qui extra infamiae notam positi, nullaq; legibus fundata causa possunt reprobari. De hoc articulo Juris Commentarium scribere possem, si modo vellem. Nolo. Remitto saltem me ad labores meos ad praxin Judiciariam directos, *decad. 4. c. 8. per tot.*

2. Interdum tamen, & quando veritas aliter haberi nequit, & praesertim in delictis & factis, quae sunt difficilis probationis, inhabiles admittuntur testes.

ARTICULUS LXVII.

Idoneum testimonium.

1. Idoneum testimonium est, quod nititur duobus testibus fide dignis, & omni exceptione majoribus. Remitto me *ad art. 22. concl. 1.*

ARTICULUS LXVIII.

De falsis testibus.

1. Testes merentur poenam talionis, si falsi reperti fuerint, atq; convicti, quod per falsam ac malignam testificationem, quem innocentem poenae addixissent, vel addicere praesumpserint, *Gobl. art. 67. Zieritz. c. 68. Steph. art. 68.* De poena talionis vide doctissime differentem *Petr. Gregor. Tholos. in Syntagm. jur. univ. lib. 31. c. 10.* Judex, seu cuicumq; examen fuerit commissum testium, eos diligenter admonet, ut videant, ne perjuri fiant, sed veritatem dicant sub severa comminatione poenarum testi mendaci infligendarum, quod scilicet testis mentiens tres laedat, Deum ipsum, quem mendacii sui testem constituit & vindicem, cujus cultum, & nomen sanctum, omnibusq; modis reverendum perjurio suo violat, & profanat. Secundò Judicem, quem mentiendo sub specie & praetextu veritatis decipit, fallit & seducit, ut sententiam injustam ferat, & denique partem adversam innocentem, cui falso suo testimonio jus suum admittit, vel immeritò in poenas adducit, *Farin. latè de testib. q. 64.* Confer *Eberh. Speckhan cent. 3. class. 4. q. 5. p. 1141. cum seqq.* De formula avisationis, qua Judex vel Commissarius examinis testes, antequam jurent, de vitando perjurio, ejusq; poena rectè admonere potest, vide *Jürstl. Wulffenbut. Hoffgerichtsordnung / pag. (mibi) 79.* quam formulam quoq; tradit *Adrian. Gylman. in Symphoremate*; si rectè memini. Vide *proc. Cam. Imp. tract. method. p. 48.*

ARTICULUS LXIX.

Si reus de crimine convictus id confiteri nolit.

1. Judex hujusmodi convicto indicare debet, delictum probatum esse, an fortasse ita facilius, citiusq; confessio rei obtineri possit. Quod si sic quoq;

fateri nolit, nihilominus satis superq; convictus sine tormentis condemnandus erit. Vide *Zieritz* & *Steph. hic*, ut & *Dn. Göhauſ. d. tit. 4. in notis, L.*

ARTICULUS LXX.

Testium productio, & examen.

1. Accusator probationibus causæ suæ non diffidens, capita accusationis sive articulos probatorios ordine descriptos Judici offerat, nec non testium nomina, eorumq; domicilia exprimat. Ita enim facilius à Judici Assessoribus, aliisque delegatis examen testium instituetur, *Zieritz. hic*, ubi dicit, *verb. aliisve delegatis* testium examen alii, non tamen indocto, levi, aut ebrio, *Zieritz. hic, cap. 71. verb. viris idoneis*, ex *Goblero art. 70. idq;* propter multitudinem agendorum, quam Judici committi posse. Id enim quotidianus usus ostendit tam in civilibus, quam criminalibus, *Steph. hic, & art. sequenti*, vide tamen *Zieritzium, c. 72. verb. aliis committi non debeat*. Plura huc pertinentia habet *Iust. Goblerus art. 69.*

ARTICULUS LXXI.

Testium auditio, exploratio, diligensq; annotatio.

1. In hoc articulo jubetur, ut in criminalibus totum negotium coram jurato criminalis judici iudice, & Scabinis, seu Assessoribus peragatur, & in specie examen testium per ipsummet Judicem unà cum duobus Assessoribus, & Notario, clàm parribus, quod stylo fori receptum, licet contrarium, Jure Civili inspecto, verius, ut statuo *d. disc. Acad. 2. concl. 36.* expediatur, alteriq; non committatur, quod etiam jure communi consentaneum est, ut trado *in decade discursuum, disc. Acad. 2. concl. 23.*

2. Judex accurate debet, an fortassis testis aliquis in depositione vacillet, aut inconstantior sit? *Steph. hic*, & deniq; depositionem testis cum omnibus circumstantiis, quomodo se in eo negotio testis habuerit, gesseritq;, Judex per Notarium consignari mandabit. An examen testium ad futuram memoriã habeat locum in materiã criminali? Vide *Rutg. Ruland. in notis ad tractatum de commissariis, lib. 1. c. 4. p. 2. 4.*

ARTICULUS LXXII.

Testium auditio extra territorium.

1. Colligi ex hoc Articulo nullo negotio potest ante latas has sanctiones capitales Judiciorum in causis criminalibus informitas in Germanico nostro Imperio frequentata, *Zieritz. hic, verb. ut multis in locis Germania.* Si ideoq; Judex cum suis Assessoribus non satis idoneus, examen magis idoneis est committendum, Magistratus tamen expensis, *Steph. hic, p. 145.*

2. Denique Imperator constituit de literis compulsorialibus; & Juris subsidialibus ad expediendum testium examen, & ita testis, licet juraverit se non

non

non revelaturum, quod vidit, vel audivit, nihilominus ad dicendum testimonium cogi potest, *Steph. d. p. 145.*

ARTICULUS LXXIII.

De publicatione testimoniorum; sive Rotuli, quod vocant.

1. De publicatione testium hoc loco satis prolixè & manifestè agit Imperator, quæ licet de justitiâ, tamen nō est de substantiâ ordinis judiciarii, *Myns. 4. obs. 52. n. 1. 2. Gail. 1. obs. 105. in pr.*

2. Factâ publicatione partibus pro tollerabili descriptionis pretio exempla, sive copiarum testimoniorum dandæ sunt pro defensione faciendâ adversus testium personas & dicta, *Steph. hîc, num. 1. & Zieritz. verbis exempla, seu copias.*

3. Quod autem hîc cavetur, ne ab alio, quàm qui testes examinavit, sive is Judex sit, sive Commissarius, publicatio attestatorum fiat, ei accedit *Baptista à Villalob. in lit. P. n. 388.* ubi tamen hoc distinguitur in Judicis successore.

4. Nec tantum copiarum attestatorum partibus dandæ, sed & tantum temporis concedendum, quantum causæ magnitudo & necessitas ipsa postularit, quò omnia ad eos, quorum interest, imprimis ad reum deferri, eiq; denunciari, cujus res agitur, commodè possint, neq; enim à reo ii, quorum patrocinio utitur, arceri debent, *Steph. hîc, nu. 1. & Zieritz. verb. neq; enim à reo, vide art. 47. conclus. 3.* Post publicatas attestaciones neutri parti utrimq; plus duo in universum scripta conclusioni servientia proferendi fas est. Vide *Iust. Reifenb. in Decreti Spiensis Nomothesiâ publicâ. p. (mihi) 164. §. 136. nachdem in dem Reichs/r. c.* In criminalibus verò, si causæ adsint urgentissimæ; utriq; parti adhuc tertium conceditur scriptum, *ibi: so aber die Partheyen:* Memini autem in arduâ quâdam criminali causâ accusato nobili S. concessum scriptum tertium, sed accusantem Fiscali minimè.

5. De formâ opponendi contra testes post publicationem agit, *Ferraries. in pract. de form. oppon. contra testes, eorumq; dicta.* Tandem Imp. etiam vult, ut partes in causa concludant, sed in causis criminalibus, quò ad reum nunquam in causa concludi scribit *Gail. 1. obs. 107. nu. 11.* quem sequitur *Steph. hîc, nu. 2.* Vide *Responsum juris in causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, q. 3. n. 406. cum seqq.* ubi allegatur *art. 92.*

ARTICULUS LXXIV.

Si testimoniis innocentiam suam probare reus velit.

1. Accusatus, si hujusmodi testimoniis, & probationibus, quibus aut excusetur ab intentato crimine, aut purgetur, sese defendere velit, eaq; probatio Judici relevans, & alicujus momenti visa fuerit, omninò audiendus, & eodem modo, quo accusator admittendus, idq; inferius, *art. 151. & seqq.* accuratè explicabitur, *Zieritz. hîc & in verb. sese defendere velit.* Non verò ad probationem irrelevantem & calumniosam accusatus admittendus, *art. 184. Steph. hîc.*

Sumptus testium.

1. Qui in causa capitali evocat testes, is testibus singulis, in dies singulos, quamdiu testimonii ferendi causa à rebus suis absunt, sumptus itineris præstare necesse habet, quorum modus Judici æstimandus relinquitur, qui discrimen personarum omninò observare debet, *Gobler. & Steph. hïc*, Sunt autem sumptus initiò præstandi, priusquàm testes iter ingrediantur, aliàs venire non coguntur, *Zieritz hïc, verb. graviorum personarum*. Adde, quæ habet *Zieritz. hïc, verb. qui testes, & verb. octo numulos cruciatos*.

ARTICULUS LXXVI.

Salvi conductus necessitas nulla.

1. Neutra partium, nullusq; testium coram Judicibus aut Commissariis adversus publicum Judicium salvum conductum obtineat. Ast ne qua eis vis fiat, poterunt & partes, & testes ad Judicium conduci. Vide *Steph. & Zieritz. hïc, & in notis pet. prem. de securitat. promiss. q. 6. ubi tradit; qua forma dari debeat publica fides*.

ARTICULUS LXXVII.

Maturè justitia administranda.

1. Ad evitandas impensas in omnibus publicis Judiciis justitia maturè, ac brevi complemento administratur, nec fraude aliqua, aut dolo protrahatur. Lites olim breves erant, at hodie crescunt, instar hydræ, cujus caput, si detrunctur, septem alia resurgunt, ut *Zieritz. hïc, verb. ad evitandos sumptus* loquitur. Vide *ars. 12. concl. 7. 8.*

2. Justitiam tamen celerius administrando injustitiam facere non debemus; ne nimum properando innocentium sanguine nos maculemus. Quod ratio nequit, sæpè mora sanavit, *Zieritz. hïc, verb. incunctanter*.

ARTICULUS LXXVIII.

Constitutio diei capitalis.

1. Si actor ad accusati confessionem, aut producta testimonia, & conclusionem (ut supra positum est) petit judicialem & peremptorium terminum, is quidem illi debet impertiri ac intimari. Quod si actor verò hujusmodi judicialem diem non postulat, ea quidem ipsa peremptoria dies ad rei petitionem indicetur, *Gobler. & Zieritz. Steph. hïc*, ubi hic monet, diem nec sacrum, vel festivum, nec Dominicum rectè constitui.

ARTICULUS LXXIX.

Vt reo dies capitalis denunciatur.

1. Triduo ante damnationem denuncianda est executio, quò reus possit in

fit in

fit in tempore delicta sua & peccata reminisci, lamentari, & confiteri, nec verâ pœnitentiâ præparato, si sacræ Eucharistiæ particeps fieri efflagitat, deneganda est, *Steph. hîc*, ubi ex *Claro* laudat laudabilem consuetudinem, qua introductum, ut sententia condemnationis capitalis intimetur condemnato per virum religiosum. Utrum sagis nec confessis, nec plenè adhuc cōvictis, sed gravissimè suspectis morituris in carcere Eucharistia negari possit? Vide *Dn. Herm. Goëhaus. d. tract. tit. 11. & tit. 13. tractat*: An sagis in carcere mortuis sepultura deneganda? & *tit. 14.* an eæ de crimine publicè infamari possint?

2. Tollitur quoque hîc abusus, qui alicubi pessimus est, vino ingurgitandi, obruendiq; ante supplicium reum, quò pœnam, plagamq; , obrutus vino, minùs sentiat. Dandum tamen est foràs ducendo ad supplicium (Delinquentes enim publicè debent puniri, & non occultè, nisi ex magna causa, *Zieritz. hîc, verb. quando foràs producitur*) aliquid potiunculæ, non ut mergat, sed ut curas deprimat. Elegantissimè *doctissimus Zieritz. hîc, verb. nimio potu.* Optimè ait *Eccl. 31. 6. 7.* Date siceram mœrentibus, perituris, & vinū his, qui amaro sunt animo; bibant, & obliviscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur amplius.

ARTICULUS LXXX.

Judicum convocatio.

1. Ad Judicium nunciatio fieri debet, quemadmodum cujuslibet loci mos, & consuetudo est, vel per viatorem publicum, vel campanæ signo. Nihil enim facilè mutandum de solemnibus, *Zieritz. hîc, verb. ut hoc loci mos, Steph. hîc.*

ARTICULUS LXXXI.

Judicum consultatio preparatoria.

1. Acta ante sententiæ capitalis definitionem benè ponderanda, ne Judices dicantur in arduis causis, ut criminalibus, instar sagittæ fulminasse sententiam. Vide *art. 92. 181. 192.* Si autem illis oriatur scrupulus, prudentes, vel alios de jure consulent. Si quid decreverunt, adscribi actis curabunt. Vide *Gobler. Zieritz. Steph. hîc.*

ARTICULUS LXXXII.

Publicus judicum confessus.

1. Die dicta adveniente, pulsatâ campana (quæ hunc in usum in plerisque locis habetur, *Zieritz. hîc, verb. campanæ sonitu, & judicii initiatio*) judicium publicum ex more aperiatur, seq; Judices ad locum Judicii solitum & consuetum conferant. Judex quoq; , seu Prætor Scabinos, ac reliquos Judices confidere jubeat, ipseq; confideat, accepto in manus suas bacillo, seu nudo & evaginato gladio (*Zieritz. hîc, verb. aut gladio*) juxta regionis cujuslibet usum, & consuetudinem, eaq; decenter confessione sic usq; ad finem causæ perseveret, atq;

commo-

commoretur, *Gobl. hic*, Remum refert *Matth. Steph. hic*, vide eundem de *jurisd. lib. 2. par. 1. c. 7. memb. 6. n. 21. & part. 2. c. 4. n. 5. Bisciol. 12. hor. subc. 3. circa fin.*

ARTICULUS LXXXIII.

Harum capitalium Carolinarum, Sacriq; Romani Imperii sanctionum Codicem in medium proponi in judicio debere, nec non partibus ipsis ea, quæ scire debent, aperienda esse.

Vide *art. 8. concl. 1. in fin.* quicquid sit, inquit *Zieritz. hic*, verb. *in conspectu*, usu hodierno non observatur in loco Judicii.

ARTICULUS LXXXIV.

Quomodo judex de judicio rectè constituto querat.

1. Res est expedita, nec indiget explicatione, quippe quod hoc articulo saltem caveatur de Assessoribus à Judice interrogandis, utrum sufficiens sit judicantium numerus? qui tunc scilicet erit, ubi non minus septem, aut octo aderunt Assessores, sive Scabini. Vide *Gobl. hic. in auctario*. Attestantur tamen *Zieritz. verb. non minus septem, Matth. Steph. hic*, hunc numerum in plerisq; Judiciis coarctari, cum pauciores in Judiciis assideant, & lites expediant.

ARTICULUS LXXXV.

De reo ante executionem in conspectu publicè in numellis, aut compedibus exhibendo.

1. Confirmat *Imper.* hoc loco saltem illam consuetudinem in quibusdam locis, ubi ante executionem rei compedibus vincti aliquot horis, vel diebus publicè solent sisti, & exhiberi. Vide *Gobl. hic*. Cæterum, ut ad aliquot dies condemnatus publicè post latam sententiam sistatur, id moribus nostris inusitatum, *Steph. hic*. Imò & tædiosum & periculosum esse videtur. *Zieritz. hic*, verb. *si quâ locorum*.

ARTICULUS LXXXVI.

Vt reus in judicio sistatur.

1. In præcedenti articulo agitur de reo in conspectu populi publicè sistendo. Hic cavetur de reo post conspectum publicum in judicio sistendo, quod fieri debet per lictorem, aut apparitorem, Judice mandante, & quidem reo manibus post terga revinctis. Quando tamen reo respondendum ad crimina commissa, tunc vincula relaxari debent. Hinc ita pronunciari solet: *Nachdem der arme Sünder / vor diesem Peinlichen Halsgericht frey vnd vngewunden öffentlich bekandt / quæ responsio & defensio rei ultima est & finalis, Zieritz. hic, verb. ligatus, Steph. hic.*

ARTI-

C R I M I N A L I S.
ARTICULUS LXXXVII.

81

Publica proclamatio.

1. In proclamatione publicâ instituendâ unius cujusq; judicii consuetudo, præfente, & petente hoc accusatore, observanda erit. Quod si innocentia accusati appareat, nolitq; accusator causam prosequi, reus verò nihilominus Justitiam administrari petat, eo casu publicâ proclamatione haud opus erit, *Zieritz. hic.*

2. Non est de nihilo, quod *Georg. Remus hic*, putat, videri articulum hunc alieno positum esse loco. Justinus Goblerus de ipsâ publicâ accusatione, quæ fit coram Judicio, hic agi persuasum sibi habet. Remus de reorum diffamatione explicat. Ego, cum *Zieritzio, verb. in proclamatione publicâ*, potius intelligendum puto Imp. de proclamatione carnificis contra reum, quæ in nonnullis locis, etiam moribus nostris, frequentatur, *Steph. hic.* De clamore violentiæ, quo delictum commissum publicè proclamatur, & manifestatur, agit *Paul. Matth. Wehner. in pract. observ. voc. Achtgericht. De Zettergeschrey, vide Frid. Pruckm. vol. 2. conf. 4. num. 78.*

ARTICULUS LXXXVIII.

De procuratoribus, & defensoribus utriq; partium dandis.

1. Verba hujus articuli neq; teutonicè, neq; Latinè mihi referre placet. Ad fontem ipsum, & si aridum, *Goblerum, Zieritz. & Matth. Stephani*, qui ultimus, fanè præstantissimus, Jctus laudabilem operam, hunc articulum non vulgariibus, sed doctissimis notis illustrando præstitit, & multa ad praxin pertinentia adduxit, quibus forsitan addi possunt à me tradita in *Pentade Consiliorum, conf. 1. quest. 3. & ult. n. 64.*

2. Notandum neminem Advocatum, & Assessorem simul esse posse in eodem Judicio. At rectè Assessor suam personam deponere, & Advocati vices in se recipere potest, *Zieritz. hic, verb. Advocatus iudicii.* An Advocatus Fiscalis in causis criminalibus possit interesse votis Judicum? trado *disc. Acad. 9. coroll. 6.* De Procuratoribus Deum non timentibus consule *Anton. Del re Tiburs. de juran. calum. c. 16. n. 78.*

ARTICULUS LXXXIX.

Petitio Procuratoris, qui ex officio vel ab accusatore datus, accusat.

Nolo exscribere, quæ originalis textus, *Gobler. Zieritz. & Stephan.* habent. Remissio igitur fit, & Carolus V. certam accusandi formulam hic præscribere voluit.

ARTICULUS XC.

Rei per defensorem suum petitio.

1. Extrema reorum anchora est clementiæ imploratio, *Zieritz. hic, verb. iudicis clementiam, Steph. hic.*

L

ARTI-

COMMENTARIOLUS
ARTICULUS XCI.

Revocatio extrema.

1. Imperator Carolus V. sæpè monuit Judices, ut in dubiis, & obscuris quæstionibus peritiores consulere debeant, uti & in hoc articulo, ubi cavet, si reus die cruento & sanguinario, & reo quidem funesto & ferali, Deo tamen, & Justitiæ glorioso revocet delictum, quod antea justo servato ordine, & constanter confessus fuit, Judex etiam, institutâ diligenti exploratione circumstantiarum, quæ totum hîc faciunt, criminis veritatem deprehendat, animadvertens ad pœnæ elusionem hoc à reo fieri. Hinc natum est Germanorum proverbium: *Ein Galgen ist suchen* / *Zieritz. hîc, verb. ad pœnæ elusionem.* Huic malo competens adferens remedium *Imp.* constituit, ut Judex Assessores ad minimum duos, qui cum ipso rei priorem confessionem audiverunt, de veritate & auditu illius jurejurando adactos publicè in Judicio interroget, quod tamen hodie in Judiciis non amplius observatur, *Zieritz. hîc, verb. Assessores ad minimum duos.* Confer omninò *Scheplitz. in prompt. Klammeri, tit. 44. §. 6. a. c. §. 3. n. 7. 8.* Quod ubi adfirmant, Judex consultorum, aut superioris sententiam interrogabit.

2. Si Assessores autem non amplius testium loco habebuntur, sed ut conjudices adhiberi, nec ullò modo à confesû excludi poterunt, *Steph. hîc.* Hodie Assessorum interrogatio, & jurata adseveratio in desuetudinem abiit, & reus nostris moribus à Judice jubetur ad carcerem, & scalas Gemonias reduci, *Hippol. in §. quoniam, num. 5. pract. sua ex Paride de Puteo, exemplum cujusdam tertio confessi, & toties negantis, tandemq; absoluti, ac liberati refert, vide Gobl. hîc, in auctario, interdum tamen reus confessus, non attentâ revocatione, nolens-volens ad supplicium trahitur, Dan. Moller. 3. fem. 14. quem allegant Zieritz. hîc in notis, in fin. Steph. quoq; in fin. Consule Dn. Herm. Goëhaus. in tractat. de venef. in not. ad tit. 9. A. B.*

ARTICULUS XCII.

Sententiæ concipiendæ preparatoria.

1. Hic articulus per se adeò est planus, ut nullâ paraphrasi, vel dilucidatione indigeat. Brevis esse laboro. Videantur tamen tradita à *Goblero, Zieritzio, Steph.*

ARTICULUS XCIII.

Scabinorum suffragia.

Præter adducta à *Goblero in auctario, Remo, Zieritz. Steph. hîc, nihil desidero.*

ARTICULUS XCIV.

Sententiæ publicatio & recitatio.

Vide *Gobl. in auctario, Zieritz. Steph. hîc.*

ARTI-

ARTICULUS XCV.

Cum plures accusatores, rei q³ concurrunt, sermo plurium numero efferendus est.

Consulendi Zieritz. & Steph. hic.

ARTICULUS XCVI.

Fraetio baculi.

I. Judex jubetur baculum, quem ex more gestat manu, post publicam sententiam frangere (quo ipso Judex fidem facit, de reo jam actum esse, uti de baculo, & reum vitam amisisse. Alicubi hoc amplius receptum est ab antiquo, ut, capitali sententiâ recitatâ, Assessores pariter, & Judex fellas suas omnes evertant terribili quâdam specie, *Cunrad. Rittershus. lib. 1. part. feud. 8. q. 10. pag. 143. in fin.*) executionem carnificis cruentis & sanguinolentis manibus demandare, ut ille tuto fatis, & securè (considerandum exemplum, quod vidit *Goblerus* puer *Eschuegi* hic in *auetario*) omni studio pœnæ destinatum commerito afficiat supplicio, *Bisciol. 5. horar. subc. 5.* & quidem in continenti. Vide tamen *Zieritz. hic, verb. juxta sententiam latam*, etiam si condemnatus polliceatur, se aliquid ad salutem Principis pertinens revelaturum, *l. 6. in pr. ff. de pœn.* Quod de consuetudine quoq; servari refert *Clar. §. fin. q. 96. num. 1. 2.* quem sequitur *Steph. hic, p. 172.* Conferendi *Petr. Greg. Tholos. in syntag. jur. univ. lib. 32. c. penult. num. 2.* *Petr. Heig. quest. 32. num. 48. 49.* Provinciam quendam *Cifronium*, quo tanquam internuncio, & interprete utebatur *Campobachius* ad *Lotharingum* in iis, quæ cum ipso communicaret, illicò suspendi jubet *Carolus*, *Dux Burgundiæ*, affirmans, quod simul atque circumfessum est à Principe oppidum aliquod & tormentis oppugnatum: si quis tum in illud ingredi, & obsessis opem ferre studeat, hoc ei esse capitale. Hanc dicebat esse malitiæ legem. Verùm ea non est apud nos usitata, quanquam alioqui nostra bella sunt graviora *Italicis* & *Hispanicis*, quibus in regionibus ea lex locum habet. Ille, cum se deploratum esse videt, nunciat *Carolo*, se quædam ei dicturum esse, quæ ad ipsius pertineant salutem. Eum sermonem nobiles aliquot deferunt: & tum forte aderat *Campobachius*, qui de *Cifronii* periculo certior factus, diligenter observabat omnia, metuens ne proderetur. *Carolus* respondit, eum servandi sui causâ colloquiū obducere, simul quid vellet, jubet sibi per alios nunciari. Hunc sermonem excipit *Campobachius*, & collaudat: *Solus n. cum scribâ quodâ* aderat. *Cifronius* ait, se nemini, præterquam ei soli dicturum esse. *Carolus* in sententiâ persistit, inter eundem multos ille obtestatur, ut Principem permoveant: habere se, quod ei dicat, grave quiddam, & tanti momenti, ut nihil supra. Ex iis, qui noverant, multos ad misericordiam flexit, & hi denuò interpellaturi *Carolus* excludebantur à *Campobachio*, qui pro foribus cubiculi versabatur, & aditu prohibe-

bat omneis, affirmans, mandatum esse Principis, ut è medio tolleretur: simul tribunum militum urgebat, ut acceleraret supplicium. Itaq; suspensus ille fuit, summo cum detrimento Caroli, qui si humanior fuisset, & dicentem placidè audiisset: haud dubiè se, suasq; provincias omnes servasset, præsertim quum per Galliam multæ postea difficultates & incommoda sint exorta, *Phil. Comin. lib. 7. comm. p. 564. 565. 566.* Hoc exemplum forsan irregulare, attamen movet.

ARTICULUS XCVII.

Sanctio de securitate Carnificis.

1. Consuetudo & facinus trucidandorum Carnificum in ipso actu deficientium, neque uno ictu rem peragentium improbatur sub pœna violatæ pacis publicæ: *Wey Leib vnd Gut / sive Leibstraffe / lust. Gobl. in auctar. Bernh. Zieritz. Steph. hâc, Petr. Greg. Tholos. lib. 31. Synt. jur. univ. c. 38. nu. 7. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 153. rubr. de carnifice, num. 12. Iacob. Aleman. in Palest. Cons. conf. 9. p. 935. Georg. Schonb. lib. 3. polit. 51. in fin. p. 308. Iohan. Hensl. de execut. leg. th. 50. Barth. Keck. lib. 1. polit. c. 27. num. 301. 302. Reinh. König. in theat. polit. par. 1. c. 1. num. 375. Vent. de Valen. de abbr. lit. lib. 1. c. 13. num. 13. Speckh. cent. 3. class. 13. q. 3. num. 9. notab. 14. Iohan. Georg. Becht. de secur. th. 193.* Constat ex Lubecæ urbis historia uno die quinque lictoribus apud carnificinam à populo obrutis atq; occisis maximum sanè flagitium, & quinque homicidia temerè ac mera ex petulantia vulgi contra justitiam & leges admissa sunt. Quanquam autem vetus opinio atq; usitata est, funestum esse locum, in quo sit lictor, sive carnifex; tamen propterea illum vel odisse, vel occidere non convenit. Est enim justitiæ, imò Dei juxta *Paulum* minister. Quod enim *Cicero* dicit, funestari concionem contagione carnificis, Ethnico more dicit. Christianis longè alia mens est de hoc Magistratus officio atque ministerio, scientibus injustis legem positam esse. De carnificis officio eleganter scribit *Damhoud. d. c. num. 1. 2.* Est executor sententiæ & justitiæ instrumentalis minister, qui tametsi odiosum apud omnes sustineat nomen, quod cruentum, quod tyrannicum, & quasi parum humanum videatur exercere officium, nihil tamen in conscientia peccat, nec coram Deo, nec mundo. Vide *Iohan. Bod. lib. 3. de Republ. c. 8.* ubi probat, officium executoris publici per se non esse inhonestum, etiam hac ratione, quod in gente Israëlitica quivis civium tale officium administraret jussu Dei, & omnes simul gregatim facinorosos lapidarent, & tamen carnifices honestis civibus admiscendos non esse, tradunt allegati *Jcti & politici à Christ. Besol. lib. 1. polit. c. 11. §. 9. concl. 15.* & eos laborare infamia facti affirmat *Reinh. König. in d. theat. polit. tripart. par. 1. c. 1. num. 360.* & carnifices de Tribu Levi esse tradit *Ios. Nold. in tractatu erudito, de statu nobilium, c. 22. num. 92.* & carnificem pro vili & inhonesto habendum esse ait, *c. 16. num. 118.* Apud antiquos Romanos non modò non erat civis Romanus carnifex, sed etiam ne in urbe quidem domicilium ei habere licebat, *Cicero pro Cajo Rabirio.* Et hoc officium vitandum esse ait *Arist.*

Arist.

Arist. lib. 6. polit. Alia huc spectantia videri possunt apud Thom. Garzon. in Piazza universâ, disc. 506. de carnifice.

2. Quid, si desit carnifex, potestne unus reorum relaxari, ut contra alterum carnificis officio fungatur? Omnino hoc negandum cum *Zieritz. & Steph. hic, in fin.*

ARTICULUS XCVIII.

Ab executione supplicii quid fiat?

Peracta executione rogat Judicem carnifex, rectene executionis sententiam mandarit? Cui Judex, si nihil desideret, respondebit: Si tu quidem officio secundum sententiæ latæ tenorem perfunctus es, acquiesco, *Rem. in paraph. hic, vide Zieritz. in notis.*

ARTICULUS XCIX.

Accusatus si absolvatur?

Accusatus si per sententiam absolvatur, eo modo, qui præscriptus est, procedendum erit. Ad satisfactionem verò, quam absolutus, ut actor, petiturus est, quod attinet, civili actione coram eodem Judice, ut *art. 12. dictum*, experiri poterit, ad fundandam causæ continentiam, *Zieritz. hic, verb. coram eodem iudice, vide art. 12.*

ARTICULUS C.

Inutilium quasiuncularum abrogatio.

Cujusmodi fuerint captiosæ & inutiles hæ quæstiones, quas in judiciis tum temporis frequentatas hîc abrogat Imperator, equidem divinare nequeo. Huc pertinent inutiles & superfluæ protestationes. Sunt enim Procuratores quidam, qui crebrò in ore habent, quæro, atque protestor, etiam si nulla quærendi, aut protestandi legitima ratio, causaq; subsit, *Gobl. hic, in auctario, Facetè Balduinus conf. 188. nu. 1. ad finem, lib. 3. ait: Protestatio benè cantat, & malè ruspit, cui convenit Propertianum: Cineri nunc medicina datur; jactaturq; vulgò, qui protestatur eum idem facere cum pariete caput impingente, Scot. tom. 1. lib. 6. resp. 7. num. 7. Andr. Knich. in Encyclop. Brunov. Imp. c. 10. p. 73. edit. 1.*

ARTICULUS CI.

De pænâ corporis non mortem, neq; perpetuum carcerem inferente ex officio imponendâ.

Remittit Imp. se ad *art. 169. vide Zieritz. hic, verb. pænâ non capitales.*

ARTICULUS CII.

Vt ad mortem se comparare debeat puniendus.

Vide *Gobl. Zieritz. Steph. hic. De officio confessarii consule Herm. Göehaus. in*

proc. adversus veneficos, in not. & addit. ad tit. 10. pag. 383. & Pastorale Lutheri, à Cunrado Portâ editum, p. (mihi) 622. 623. In utramq; partem valdè disputatum fuit Hannoveriæ, Anno 1617. Weisn in Abwesen einer hohen Obrigkeit / auch des daselbst verordneten Amptmans / vñnd mehr anderer Rächte / die Landschöpffen in der Wortmässigkeit esliche Juden / ihres begangene Diebstals halber / zum Stran- ge / auch ein Jude beneben Christen / zum Schwerd condemniret / den Juden aber nicht allein verstatet würde / dasselbige durch ihre Rabinen auff dem Rachttauß nach Jüdischem Gebrauch / gewaschen vñnd gebaden / Hembder vñnd Kappen angezogen / vñnd absolviret / sondern auch die Rabinen ihnen zu Trö- stern bis an das Hochgerichte zugeben : Ob solch Indult / vñnd Vergönstigung recht / vñnd nicht pessimi exempli : Vide Frage vber eingeführte ärgerliche Neu- werung im Reich / Bericht vñnd Ehrenrettung wider den Pasquill / vñnd Schmäh-schrifft : Ob solte mit eslichen den 17. Octobris / Anno 1617. zu Ha- naw Justificiren Juden eine ärgerliche Newerung im heiligen Römischen Reich eingeführet seyn / Iohannem Christianum, genannt Modestinum, im Rottürff- stigen Gegenbericht vñ Antwort. Huc pertinentia tradit M. Henricus Bunting. (qui omninò consulendus) in Braunschweig- vñnd Leunenburgischer Chronick / par. 3. p. 540. tit. von zweyen Juden / die zum Spring drey Mord begangen / pag. 541. 542. 543.

ARTICULUS CIII.

Confessionis revocanda prohibitio.

Hoc loco abusus quidam confessorum taxatur, & abrogatur, qui impro- bâ quadam, & superstitiosa pietate confessos reos ad negandum, revocandum- que facinus patratum incitant, Gobl. hîc, in auctario, Steph. hîc, Bernh. Zieritz. c. 101. verb. nolint persuadere reis.

ARTICULUS CIV.

Quomodo maleficio puniendum præfatio.

Omnia exscribere & examinare instituti nostri ratio non patitur. Brevi- tati igitur studebimus. Quatuor hîc traduntur : Primò, quod modus ultimi supplicii lege impositi debeat fieri secundum loci consuetudinem, aut æstima- tionem Judicis periti, qui criminis naturam & atrocitatis scandalum benè ap- pendete novit, Steph. hîc, initio. Secundò Cæsar, & Status Imperii non severiores in hac constitutione criminali jure communi fuêrunt. In quibus enim casibus commune jus mortis pœnam non irrogat, in iis nec ipsi mortis pœnam irroga- ri voluerunt. Sed in aliquibus maleficiis concedunt, atque permittunt jura pœ- nam corporis & membrorum, concessâ nihilominus, ac salvâ correctâ vita. Hæc ipsa pœna decerni atque imponi potest ex bona consuetudine cujusq; re- gionis, aut æstimatione, arbitrioq; æqui, boniq; Judicis, Gobl. hîc. Quandoqui- dem tertio jus nostrum Cæsareum aliquas pœnas capitales ponit, quæ condi-
tioni

tionis temporis hujus, atque ætatis, regionumq; non congruunt, ut est præcipitatio à Saxo Tarpejo, præcipitatio de robore, subjectio bestiarum, in metallum damnatio, *Zieritz. hic, verb. nostro tempore*, nec ferè juxta literam usui esse possunt, neque formam eadem jura; aut modum capitalis pœnæ declarantia, sed eam quoque juxta bonam consuetudinem, aut cognitionem, censuramq; prudentis, æquiq; Judicis statuunt, atque in ejus tanquam boni viri arbitrium collocant, pœna utique ex qualitate & offensione delicti propter Justitiæ dilectionem, Reipublicæq; utilitatem ordinanda est ac decernenda. Sunt verba, fateor ingenuè, *Gobleri*, quem quoque omninò consule *in auctario*. Denique quartò, si pœna lege sit definita, Judex eam sequi debet, nec duriores irrogare. Vide *art. 104. vers. aber sonderlich*. Si tamen pœna legibus statuta hodie sit inusitata alia loco, illius secundum loci consuetudinem, aut Judicis arbitrium, quod tamen non debet esse vagum, & in privato Judicis cerebro natum, sed limitatum à lege, vid. *Buchn. de jur. regn. apud Scot. p. 32. 36.* irrogari potest, *Steph. hic, in inferè, Zieritz. hic, verb. quod si itaq; pœna.*

ARTICULUS CV.

De maleficiis, quorum pœnæ non sunt expressæ.

1. De iis Judices consulere debent viros consultissimos, aut superiores, quid factis hujusmodi dubiis, & obscuris decerni, quam tutissimè possit, *Steph. hic*. Quoties pœna certa legibus non expressa, tunc potest quidem pro delicti gravitate gravis pœna infligi, modò ad mortem non procedatur. Quam doctrinam tanquam aureum dictum & notabile in criminalibus post *Johannem Sichardum* commendant *Zieritz. hic, verb. rogati respondebunt, Dan. Moller. lib. 3. semest. 6. 27. num. 2.* Hinc *Matth. de Afflict. decis. 275.* refert Regi Neapolitano quærenti, qualiter puniendus esset, qui osculum intulisset virgini invitæ, & reluctanti in viâ publicâ, habitâ maturâ deliberatione, rescriptum fuisse à Consiliariis, eum relegandum ad 30. miliaria, & pœnâ insuper pecuniaria pro modo facultatum mulctandum. Vide *Clar. in pract. crim. §. fin. q. 83. vers. osculum inferens*. Hinc miles gloriosus, qui se rem cum aliqua muliere, virgine, & vidua habuisse, & carnaliter eam cognovisse jactat, & gloriatur, cum tamen ei nec jusculi sorbitio, minùs carnis jactata fruitio largita, extra ordinem pro arbitrio Judicis, puta carcere, relegatione, vel etiam virgarum cæsiōne puniendus venit, ut *Dd. unanimiter scribunt, Matth. Berlich. part 5. concl. pract. 58. num. 3. Iohan. Sibran. cent. 1. differ. jur. civil. & Lubec. sh. 89. antith. 90.* & solet hoc casu parti læsæ palinodiam canere, & publicam recantationem facere cogitur, *Ern. Cothm. vol. 1. resp. 15. num. 237. Ioch. à Beust. de sponsalibus, p. 12. Eberh. Speckh. cent. 2. class. 3. q. 9. Iohan. Copp. lib. 1. obs. pract. 34. num. 34 n. 32.* Ingratitudo deterrimum est vitium & crimen, quod latius deduxi in *meis horis subcisivis, in gratiarum actione, disc. annexâ*, vide *Cam. cent. 3. c. 56.* & tamen ingrati animi pœna in hac criminali constitutione constituta nulla. Philippus

lippus Macedo militi in hospitem præclarè meritum ingrato cauterium inuri curavit in fronte his literis: INGRATUS HOSPE S. *Iust. Lips. cent. misc. Epist. 48. Barth. Keckerm. in Syst. polit. lib. 1. cap. 20 p. 211. Anton. Panorm. in Procem. lib. 3. de dict. & fact. Alphonsi Regis*, ingratis pœnam à veteribus constitutam esse, ut hi murenis vorandi, discerpendiq; vivi objicerentur. Quidam etiam atrocissimo genere supplicii hoc crimen persequuntur, necantes ingratum fude, palòve per guttur adacto; sed laudatissimus Imp. Carolus V. prudentissimè non punit ingratos. Cùm enim vix dici possit, quanti sit beneficium, & rei incertæ incerta æstimatio sit, visum est satis puniri ingratum odio hominum, & si remittatur ad Deum ultorem, & fora nulla ingratis puniendis sufficerent propter multitudinem ingratorum, ut ait *Seneca*, vide *Carol. Paschas. in cens. animi ingrati. c. 30. pag. 211. Actum meum Doctorem à Domino Iohanne Harprechto, 1Cto, editum, p. 161. Cunr. Rittersh. in Iur. Iustin. p. 5. c. 13. num. 13.* Cùm ebrietas omnium peccatorum radix, & nutrix sit, & quæ, teste *Plinio*, nullâ in parte mundi cesset, ut trado *disc. Acad. 1. concl. 7.* mirum alicui videri posset, cur Imp. hoc maximum crimen ebrietatis silentio præterierit? cogitur quædam vitia ferre legislator. Sic ebrietatem noluit Germanis prohibere Carolus V. *Chytr. in Chron. fol. (mihi) 510. Christ. Besold. lib. 2. polit. 2. num. 33.* Maritus in mulierem crudelissimè sæviens pœnâ carceris, vel relegationis coërceri poterit. *Ego Decad. Consil. conf. 1. q. 6. 80.* Sed rectè tamen *Herman. Kirchn. de Republ. disp. 2. auct. ar. 7. a.* refert, Neageorgum reprehendentem eos Magistratus, & fatuos appellantes, qui maritos in turres & carceres conjiciunt, si pulsaverint vel castigarint uxores, pro delicti modo modicè. *Ego d. conf. 1. q. 1. per tot.* Si liberi in parentes blasphemii sint, eos vel verberant, vel aliis modis indignè tractant, quâ pœnâ plectendi? vide me *discur. Acad. 10. Append. 2. Val. Forster. de Iurisd. Rom. l. 2. c. 6. p. 154. num. 5. 6.* Ex jure communi mitius puniuntur liberi immorigeri, si parentibus suis violentas manus intulerint, vel gravem & inhonestam injuriam ingesserint, exhæredantur, *Nov. 115. c. 3. §. 1.* aut pœnâ arbitraria à Judice afficiuntur, *Eichrod. de parricid. concl. 39. 40.* Vide *Iohan. Gædd. vol. 3. Consil. Marpurg. 28. num. 222. cum multis seqq.* De offendente aliquem in Palatiis Principum? remissivè trado *disc. Acad. 7. app. 21.* Homo, qui convitiis Ecclesiæ Pastorem publicè prosciderat, & Ministerium sacre Dominicæ impedierat, quâ pœnâ affici debeat? videre est *in mea Pentade conf. 2. n. 2.*

ARTICULUS CVI.

Pœna blasphemia.

1. Blasphemia est majestatis divinæ læsio, quod crimen est gravissimum, & omnium maximum. *Steph. hic, num. 1.* Ideoq; constituit Imp. Carolus V. si quis Deo attribuit id, quod divinæ naturæ non convenit, aut de eo negat, quod in ipso est, aut omnipotentia divinæ detrahit, virginemq; Deiparam insigni contumelia afficit, is à Judice, aut Prætorè ex officio vinculis constringi, propterea
sive

sive vita, sive membris, secundum personæ & blasphemix conditionem coerceri poterit, Zieritz. hîc.

2. Hoc tamen cum mica falis intelligendum, ut Judices prius integram rem cum omnibus suis circumstantiis ad ordinarium loci referant, qui deinde pro suo arbitrio, cognitis circumstantiis, statuat blasphemio pœnam certam, secundum leges sacratissimas, quas ordine allegat Steph. d. num. 1. & n. 2. quærit: utrum in casu blasphemix sit admittenda defensio? quod æquius esse putat. Vide omninò Matth. Berlich. par. 4. concl. pract. 1. 2. ubi latissimè & elegantissimè de blasphemia & ejus pœna disserit. Adde Fürstlich Leunenburgische Postordnung / c. 4. Georg. Scherer. Domin. 19. post Trinitatis. p. 646. ubi refert, ein schrecklich Exempel vom Fluch / Consultissimum Dn. Johannem Eichrod. velit. Acad. 5. de oblat. concl. 38. & de publicis judiciis eorumq; pœnis, concl. 6. a. concl. 8. a. b. Philip. Sigism. Clud. de crimine læsæ Majestatis, concl. 8. cum seqq. Herm. Lather. de censu lib. 2. c. 4. Haubold. von Ende in discurs. crimin. c. 6. concl. 228. & cum multis seqq. Bernh. Zieritz. hîc, verb. virginem Deiparam, ubi adfirmat, propriè loquendo in Beatam virginem Mariam, cæterosq; Sanctos hoc crimen non committi. Vide Jacob. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 4. cas. 385. ubi varia exempla blasphemix proponit, Andr. Hondorff. in prompt. illustr. exemplorum, præcep. 2. p. 113. cum seqq. p. 137. cum seqq. Huc pertinentia tradit Henr. Bocer. class. 4. disp. 10. th. 5. cum multis seqq. & disp. 11. Confer quoq; quæ tradit Zieritz. verb. sive membris, V. d. alt. Zaf. cons. 19. in fin. quem allegat Goblerus hîc, in auctario, cujus verba referre non nocebit. Hodie communiter in civitatibus contra blasphemios pecuniaria pœna statuitur, propterea quod isthac prava maledicendi consuetudo inoleverit, quod & nobiles juxta & ignobiles hujusmodi maledictis sint assueti contra divina mandata, & veterum modestiam ac integritatem, quâ etiam mulieribus quondam non licuit per Herculem jurare, autore Gellio. Hæc ille. Sed de hac consuetudine, quid sentiendum sit? Vide allegatos JCtos ab Haub. von Ende d. disc. crim. c. 6. concl. 209. in fin. ubi negatur, consuetudinem blasphemandi ipsum blasphemum à calumnia excusare. Vide, quæ trado disc. Acad. 1. addit. 12. p. 109. Cunr. Dieter. in Analyfi Evangeliorum Domin. 6. post Trinitatis part. 1. doct. 5. p. 195. Imò statuo in blasphemios jure divino statutam, vel sancitam pœnam, ne supremum Principem abrogare posse. Ego Decad. Cons. Resp. 5. num. 39. Zieritz hîc, verb. sive vita. Ad quemnam Judicem cognitio de crimine blasphemix spectet? dubitari consuevit. Vide disc. Acad. meum 7. de causis singul. for. constit. concl. 16. Anton. Tess. 241. Zieritz. hîc, verb. à judice aut Præto.

ARTICULUS CVII.

Pœna perjurii.

Pœna perjurii quæ sit, eam nobis præbet constitutio Carolina, quam inspice, & ad hunc artic. notata à Matth. Steph. & Bernh., Zieritz. Herm. Lather. de censu lib. 2. c. 7. num. 72. per tot. In criminalibus si innocens ex falso testimonio conde-

M

mnatus

mnatus fuerit, eadem pœna punitur, qua puniendus fuisset, vel punitus fuit innocens, l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de fals. Bald. in c. 1. vers. item quod falsa, de pace tenen. & in c. 1. §. injuria, de pac. juram. firm. & in l. data opera, num. 20. C. de his, qui accus. Clar. lib. 5. sent. §. falsum, num. 31. Perjuris quoque solent duo digiti abscindi, quibus juravit, sed si ii casu ante amissi sint, quid faciendum? Vide ante allegatum Steph. Eberh. Speckh. cent. 1. q. 87. Hart. Hartm. in obs. singul. obser. 188. per tot. in civilibus pœna perjury hæc est, ut parti læsæ, contra quam falsum dixerit testimonium, ad interesse teneatur, lobst. von Dransfeld de testibus concl. 75. Pejerans quoque sententiâ Judicis ignominiâ notatus honoribus, dignitatibus, beneficiis, prærogativis omnibus privatur. De hac materia quoque agit Virg. Pingiz. q. 39. Gobl. in auctario, & fusius de hac non placet agere, quia variè & copiosè passim tractatur à juris Interpretibus. Memini autem, pro quo Deo gratias ago, me aliquem civem M. B. T. cùm Consiliarius Episcopatus Mindensis eram, à perjurio liberasse, aliàs si non citiùs advenissem, cæteros Consiliarios civis decepisset, & hoc grande nefas erectis digitis commisisset. De consuetudine pejerandi consule omninò Georg. Eberhard. vol. 1. conf. 3. n. 106. cum seqq.

ARTICULUS CVIII.

Pœna eorum, qui cautionibus juratis (urphedas vocant) contraveniunt.

1. Non multa verba hîc faciam. Constitutio criminalis plana, & nulla explicatione indiget, & notatu digna tradunt in hunc 108. articulum, laudati Commentatores, Zieritz. & Steph.
2. Non tamen possum silentio præterire, quæ in causa criminali F. contra B. M. hac de re observavi. In puncto urphedæ non solùm considerandum, an, & quoties ea violata, sed ex qua causa urpheda præstita? Nam distinguit præsens articulus inter delictum capitale, aut non capitale; priori casu, si quis ejusmodi crimine, ob quod per leges & constitutiones publicorum Judiciorum capitis pœna affici potuerat, cautionem juratam de se non ulciscendo carceris injuriam ruperit, pœnæ capitali illi beneficio competenti subjaceat. Si verò quis non capitale delictum commisit, & contra cautionem præstitam aliquid sciens & prudens commisit, ut perjurus puniendus. Quem si nec ita quidem cautioni pariturum appareat, de eo id suscipi debet, quod paulò post art. 176. tradetur. At impræsentiarum B. M. incarceratum, & venientem secunda vice contra urphedam delicta capitalia perpetrasse, extra omnem dubitationis aleam positum. Furtum enim commisit, & literas diffidatorias portavit. At literas hujusmodi portans, earumq; tenorem sciens tenetur eadem pœna, qua ipsi diffidatores tenentur, per ea quæ tradunt Decian. in pract. crim. lib. 9. c. 37. n. 11. Franc. Marc. decis. 423. num. 7. Schrad. tract. de feud. p. 9. c. 2. num. 70. Prosp. Farin. in tract. de homicid. q. 130. num. 41. Unde wird das Brieftragen in solchen Fällen in dem Rechten

Rechten

Rechten fast Straffbarer/als das Schreiben derselben geachtet/*Consult. Saxon. par. 4. q. 5. vers.* die Brieffe helfen tragen/aber durch den Reichs Abschied *de Anno 1594. §.* dergleichen ist decidiret / daß dieselbe / welche Fehdebrieffe schreiben/ den Dissidanten sollen gleich gestraffet werden / aber die Acta seyn zuvor an die Juristen Facultet zu Rintshelen verschicket/ vnd ist dem Incarcerirten ordinaria gladii pœna nicht/sondern / weiln er die geschworne Brfehde zum erstenmal gebrochen/vnd zum P.in Hassf gerahen/*amputatio digitorum, cum perpetuâ relegatione*, erkannt/ vnd werden darüber vnterschiedene Ursachen in der Brtheil angezogen / Als 1. die außgestandene Tortur. 2. diurnitas carceris. 3. vnnnd andere Vmbstände / Aber nicht weniger wird durch die Herrn Sententianten selbst præsupponirt / wann solche *circumstantiæ* nicht obhanden gewesen / daß alsdann die delicta also beschaffen / daß sie pœnam ordinariam erfordert hetten/ *attento, quod propter iterata delicta non capitalia, & violatas urphedas quis capitaliter puniri possit. Franc. Pfeil cons. 55. Prosp. Farin. lib. 1. q. 23. per tot.* Ita putabat D. F. G. & addebat tamen

{	21. Februarii,	} Anno 1625. hæc formalia:
	2. Martii,	

 Solte aber voriges alles auß den Augen gesehet/vnd auff die andermahlige Violation der Brfehde gesehen werden / soll der incarceratus zu erst außgestrichen / folgendts ihm die Finger abgehawen/ vnnnd zum drittenmal Ewig des Landes verwiesen werden. Si enim incarceratus hoc casu fustigatione & relegatione perpetuâ saltem dimitti deberet, perjuriam planè manerent inulta, cum pro primâ violatione urphedæ digiti amputari debuissent, quod factum non est, sed incarcerato gratia facta, & sola relegationis pœna indicta. Et remissio pœnæ hoc casu iteratum delictum excusare non valet, sed potius illud aggravat, & durior pœna secundo reverso dictanda est. Aliàs quoq, A. B. D. opinabatur, B. M. consideratis circumstantiis, digitorum præcisione unâ cum fustigatione, & æternâ relegatione puniendum. Sed tertius I. E. V. H. D. dissentiebat. Concurrerent enim aliàs in effectu tres pœnæ, & in primo reversu, ratione pœnæ digitorum, gratia denuò incarcerato facta est, & quidem ex eâ præensione, quod constanter adseveraret, se conniventibus oculis à Præfecto (cui & conductus arrham, sive **Gleidrgeldt** dedisse se ajebat) esse receptum, quo in dubio, defuncto Ambtmanno, cum veritas haberi non possit, sibi ex illo fundamento gratia facta. An verò in dubio ob præensum sui Capitanei mandatum fustigatio (quæ in nostri temporis militibus rem majoris mali excitare consuevit) intermittenda, & sola perpetua relegatio iteranda? cogitandum relinquit. Postea consulta à Præfecto R. fuit Juridica Facultas Helmstadiensis, & sequens Responsum dedit: Unser freundlich Dienst/ zuvor/ Ehrwester vnnnd Erbarer/günstiger guter Freund. Als ihr vns die in Peinlichen Sachen / des Fürstlichen Windischen Fiscalis, Anklägers / an einen / Entgegen vnnnd wider den schon hiebevorn vnterschiedenliche mal Verwiesenen / vnd seho aber eins/

wegen bezichtigter Dieberey/vnd zum andern mal gebrochener Brphede gefangenen Soldaten/B. W. genant: / angeklagten am andern Theyl / ergangene Acta zugesandt / vnd darüber euch des Rechts zu berichten/gebeten. Demnach erkennen vnd sprechen wir / nach fleißiger Berlesung / vnd vmbständlicher Erwegung darauff vor Recht / auß den Actis, auch des Gefangenen B. W. bereit gülich gethanen Bekandnuß *sub num. 6.* so viel zubefinden / daß demselben die wider ihn vbergebene Articulirte Klagpuneten *sub num. 5.* sonderlich der 5. 6. vnd 7. wie auch der 12. 13. vnd 14. Articul / vnd was er darauff geantwortet / vnd zu seiner vermetten Entschuldigung eingewandt / nochmals in Güte / vnd mit allem Ernst vorzuhalten / vnd ob er nicht seine zum andern mal geschworne Brphede Vorsätzlich / Muthwilliger weise gebrochen / vnd zu was Ende er sich im Stifte Minden / darauff er Ewig verwiesen / zu ehlchen / nunmehr zum Keinenberg Justificirten Pferdedieben gesellet / vnd was es mit den zweyen gestohlenen / vnd bey ihm befundenen Pferden bey *13.* Articul vor eine eygentliche Beschaffenheit habe / Ob er solche Pferde nicht selber gestohlen / oder stehlen helffen / oder wie vnd welcher Gestalt er daran kommen / vnd anderer Excessen halber / damit er beargwohnet vnd verdächtig gehalten wird / vmbständlich zubefragen / auch mit Vorstellung des Scharpffrichters / vnd Zeygung dero zur Tortur gehörigen Instrumenten zu schrecken / vnd also / so viel möglich / die Wahrheit auß ihm zubringen / Wann er dann noch nicht Richtig zugehen vnd bekennen wird / Endlich zu Erkundigung dero selben mit scharpfen Peinlichen Fragen zimlicher weise zubelegen / vnd seine Bekandnuß auß seinem Munde fleißig zu protocolliren sey / Ergehet alsdann darauff / was er weiter bekennen möchte / der Straffe halber / fernere was Recht ist. Daferne aber gemelter Gefangener bey seiner vortigen Bekandnuß nochmals beharren würde / vnd ein mehrers wider ihn nicht auffgebracht werden köndte / So were derselbe nach vmbständlicher dieser Sachen Beschaffenheit / wegen anderweih gebrochener Brphede mit Leibes Straffe / oder Abhawung der Finger nicht zubelegen / sondern nochmals des Landes Ewig zuverweisen / Mit der angehengten außrücklichen Verwarnung / Woserne Er vber Kurz oder Lang / ohne der Hohen Obrigkeit kundliche Erlaubnuß / sich im Stifte Minden wider sehen vnd finden lassen würde / daß alsdann ohn eintge Gnade mit Leibs vnd Lebensstraff wider ihn verfahren werden solle / Alles von Rechts wegen / zu Verkunde mit vnser Facultet In siegel versiegelt / vnd geben den 17. Martii / Anno 1625.

Ordinarius Dechant Senior, vnd andere Doctores
der Juristen Facultet / in der Fürstl. JULIUS
Vniversitat zu Helmstatt.

3. In criminali causa F. contra B. S. quaesitum fuit 9. Febr. 1625. cum ea mulier tertiâ vice relegata trinâ reiteratione juramenti fidem fregit, & re-
verla

versa aliquot vicibus, cum uxoris rem habuit, & tertiâ vice reversa in manifesto furto effractorio deprehensa quartum incarcerata fuit, quâ pœna afficienda sit? Quidam war der Meynung / Ob wol die iteratio facinoris, præsertim iterati perjurii die Straff etzßals zum Todte schârpffen möchte / bevorab / die weil bey dieser Persohn gar keine Besserung zuverspüren / oder zuvermercken / Jedoch die weil das delictum, deswegen sie des Landes verwiesen worden / an sich nicht capitale, Sie auch / der Iteration halben / iteratam pœnam außgestanden / als wolte er cum sexu fœmineo mitius agendo, es für dißmal bey der Straffe des 108. artic. ordin. Car. 5. bewenden lassen / vñnd erkennen / daß ihre die Endfinger abzuhawen / vñnd sie nochmalen auß dem Lande zuverweisen sey / Mit der B:drauwung / wo sie sich vnbegleitet widerumb darein finden lassen würde / daß sie alsdann ohn etnige Gnade am Leben gestraffet werden solle. Alius autem vermeinte / Demnach Handgreifflich / daß das zum H. inhaftirtes Weib der Schande gang vñnd gar den Keyß abgebissen / vñnd zubeforgen / daß Sie ihr Leben nicht bessern / sondern dasselbige mit den angefangenen Delicten beschleffen wird / als duncket ihn / daß sie mit abhawung des Hauptes / gestaltten Sachen nach / zu bestraffen / vñnd zusehen / daß die vnterschiedliche viele Ehebrüche / die von ihr verübet / vñnd auch gestanden werden / in D. M. nitche Capital / Auch die Verstrickte eine ledige Persohn seyn sollte / So bekennet sie doch / vermöge Protocolli, daß sie ein Brodt gestohlen / Aber von Niwem willens gewesen / zu Meissen in ein Backhaus zubrechen / vñnd selbiges bestehlen wollen / Aber in ipso conatu & facto ergriffen / vñnd incarceriret worden / vñnd daher vor eine gestieffene / g. fährliche Diebinne sie zuhalten / vñnd das Leben verwürcket / P. H. D. Caroli V. art. 159. In mehrer Erwegung / quod conatus puniatur in fure frangente portas, ut furtum committat, licet non sequatur effectus, *Jacobus Menoch de arb. judic. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 360. num. 62. 79.* Mover quoq; , daß Sie dreymal des Landes verwiesen vñnd / ihrer geleisteten Eyde vnerachtet / sich wider etngeßellet / vñnd daher ihr billich capitis pœna dicitiret wird / weiln solche reiteration perjurii vorsehlich / vñnd dolosè von ihr begangen / per ea, quæ tradit sufficientissimè *Dn. Matth. Berlich. par. 5. concl. fin. num. 24. cum seqq.* Tertius ad stipulabatur secundo his verbis: Quantum ad me attinet, optarem sanè, me ullam clementiæ rationem, aut fundamentum invenire posse. Sanè, quod solo fœmineo sexu illa colorem habere possit, non video per ea, quæ tradit *Proff. Farinat. part. 3. tit. de pœn. tempor. q. 98. per tot. præsertim num. 14. 15. & seqq.* Nec video, qua alia pœna sit afficienda mulier, quàm mortis, nisi velimus retrogredi ad leniorem, & pœnam hujus delicti, inter tres subordinatas, omnium primam, quæ est digitorum præcisio. Accedit, quod tertium hæc iterata juramenti violatio nullam omninò pœnitentiam præ se ferat. Atque fortè omninò verendum est, ne ipsa qualicunq; etiam pœna inflictâ rursus revertatur, atq; denuò perjurium perpetret, quo eveniente casu, non illa forte, sed nos hujus rei autores fuerimus

æstimandi. Atque quod hoc delictum in detestando hoc perjurii corpore, de novo infallibiliter præsumam, ex eo moveor, quod illamet fatetur, nullibi domicilium se habere potuisse, unde etiam in futurum alibi id non inventuram, planè verisimile, & ejus delicti iteratio omninò timenda. Præter hæc video, illam semper novo accessu non solum perjurium, sed & eadem delicta, ob quæ justè relegata fuit, perpetrassè. Denique in ipso effractorio furto deprehensa incarcerata. Atque ultimò vereor, ne forte ob nimiam misericordiam, apud alios, hoc in casu malè audiamus. Et quando per se certum, etiam misericordiæ rationem dandam esse, à malisq; hominibus provinciam esse purgandam, quæ mea sententiâ nemini præjudicatum volo. *Hæc ille.*

ARTICULUS CIX.

Pœna magia.

1. Hic articulus docet, quomodo veneficæ puniendæ sint; igni scilicet, & sacra pagina dicit, maleficos non patieris vivere, *Exod. 22. vers. 19.* vide *Herm. Samson. In der Neundten Herenpredigt.* Vide omninò *Eichrod. de publ. judic. concl. 28. cum seqq.* Sed lamix anne occidendæ, etiamsi hominem nullum veneno necassent, etiamsi segetibus & animantibus non nocuissent, eo ipso tantum, quod Dæmoni fœderatæ, quod conventui, nocturnis lamiarum & Dæmonum saltationibus, de quibus consule *Responsum Juris in arduâ & gravi quâdam causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, q. 1. per tot.* interesse solitæ, & quæ ibi exercentur præstare? Quod cum communi Theologorum & Jctorum Scholâ adfirmamus. Et Carolus V. in d. art. hoc definire voluit, qui damnum veneficio intulerint, illos semper igne puniendos, qui verò non intulerint, illos aliquando igne, aliquando alio supplicio puniendos, ut latius prosequuntur, *Dn. Herm. Goëhaus. in decis. trium quest. usu frequentium, q. 3. p. 33. & 30. 31. 32. 34. cum seqq. & in decis. aliquot questionum ad veneficiorum materiam pertinentium, q. 2. p. 32. & part. 4. peric. 1. q. Acad. 8. p. 42. 43. 44. Eichrod. de publ. jud. concl. 30. cum seqq. Dn. Henr. Bocer. de omnis gen. homic. lib. 1. c. 4. num. 77. Thom. Metzg. decad. conf. crim. conf. 1. num. 52. Frid. Martin. in interpretatione hujus articuli. Vide Matth. Steph. dict. art. 109. & ab eo allegatos Dd. ut & Zieritz verb. & nemini tamen noceat, Christ. Besold. lib. 1. polit. c. 3. p. 104. ubi in contrariam sententiam allegat Jctos, Responsum Juris in arduâ causâ concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, Nicolai Hampelii Typis impressum Marburgi, Anno 1630. q. 3. num. 412. cum seqq. Confer Sigism. Witt. conf. 1. crim. continens confessionem & pœnam cujusdam magi. Confer Eichrod. de publ. jud. concl. 28. 29.*

2. De pœnâ cujusdam puellæ, 12. annorum, à propriâ matre seductæ ratione veneficii, tractat *Metzg. conf. crim. 7. per tot.* Notabilia tradit *Dn. Herman. Goëhaus. in decis. aliquot questionum ad veneficiorum materiam pertinentium, q. 17. p. 162.*

3. Hoc quoque in odium veneficii jure receptum, quod veneficus nobilis

bilis

bilis eâdem affici pœnâ debeat, quâ Plebejus, sive ignobilis plectitur, l. 7. C. de malef. & mathem. Dn. Henr. Bocer. de omnis gen. homic. lib. 1 c. 4 num. 96. & docet hoc Lud. Carer. in pract. crim. tract. de homic. c. 8. nu. 31. Et licet reus criminis cujusdam asy- lum quærere in Ecclesiâ possit, c. inter alia, ext. de immun. Eccl. veneficus tamen in Ecclesia tutus esse nequit, ut scribunt Nicol. Boër. decis. 109. Tib. Decian. tractat. crim. lib. 9. cap. 22.

4. An huic etiam maleficorum & sagarum supplicio sanctione Caro- lina definito adjungi debeat bonorum publicatio? Vide Bocer. d. c. 4. nu. 78. 79. 80. ubi concludit contra Fachin. lib. 9. cont. jur. c. 87. affirmativè, & num. 83. quæ- rit: an malefici & sagæ, si pœnitentiam agant, & repudiatâ Dæmonum com- munionem, ad Deum revertantur; prædictas illas mortis, & bonorum pœnas sustinere nihilominus debeant? De aruspibus; qua pœna adficiendi? Vide Bocer. d. c. 4. n. 85. p. 308. ubi quoq; tradit de ariolis, vatibus, sive divinis auguribus.

ARTICULUS CX.

Pœna pasquilli, sive famosi libelli, item pictura.

Hunc articulum omni abjecta pigritia diligentissimè explicuit hic Steph. d. num. 1. usq; ad num. 8. nec respuenda sunt tradita à Bernh. Zieritz. & ante eum à Goblero, quibus si addideris Henr. Bocer. in Comment. l. unic. C. de famos. libell. Matth. Berlich. part. 5. concl. pract. 67. per tot. Henr. à Nebelk. de Franckenberga lib. 1. decis. 16. dec. 17. discursum veridicum & juridicū de criminali negotio Castriciano, nihil desiderabis.

ARTICULUS CXI.

Pœna monetam falsificantium; & sine privilegio cudentium.

1. Cum summo Principi competit jus tam percutiendi monetam, si- gnandi valoremq; ejus, & potestatem constituendi, quàm etiam reprobandi & tollendi. Ego disc. Acad. 5. p. 371. hoc majus regale privatus minimè sibi attri- buere potest propria autoritate. Quicumque igitur falsam monetam cudunt, signant, permutant, præciòve acquirunt, aut exponunt scientes & prudentes, juxta consuetudinem, & juris scripti normam ignis pœna afficiuntur, nulla ad- hibita distinctione superioris, an inferioris Principis moneta sit adulterata, vel cusa, Steph. hic Bernh. Zieriz. hic, verb. ignis pœna. Præterea domus eorum, quas ad ministeria hujus criminis scientes domini elocarunt, Fisco vindicantur, Steph. verb. qui edes suas.

2. Qui verò justis valoris & ponderis numismati circumcidendo, & raden- do, aut nova arte aliquid detraxerit, ademerit, aut sine privilegio à Majestate Cæsareâ impetrato monetâ quis percusserit, is in vincula conjici, & pro com- missi gravitate corporis pœna, vel si levius peccarit, multa coerceri debet, Steph. hic. An Alchymistico auro ad monetarū mixtionē uti liceat? Quod nega- tur;

tur; Zieriz. *hic*, verb. *metallum minus preciosum*. De Alchymistis, quibus Principes fallere in laude positum, agit eruditissimè Herman. Latber. *de censu*, lib. 3. c. 11. nu. 65. cum multis seqq. & de Alchymia vide Eberh. à Weih. *in discursu de speculi origine*, n. 24. Thom. Lans. *in consultatione de prerogativa certamine*, quod est inter milites & literatos, pag. 32. & de ea rectè & doctissimè differit Guid. Panciroll. *in novis repertis, sive rebus memorabilibus recens inventis, & veteribus planè incognitis*, lib. 2. tit. 7. p. (mibi) 313. quem celeberrimum Scriptorem commendare; hoc esset planè laudare, quem nemo vituperat, ut de Festo dicebat Scalger. Vide quoque Henr. Bocer. *de jure monetarum*, c. 4. num. 10. 14. Christ. Besold. *de arario*, c. 3. num. 11. verb. *usum item Alchymia*, pag. (mibi) 38. 39.

3. Si verò probatam quis grandiozem monetam reflaverit, & in fornacem coniectam resolverit, ut minorem efficiat, itidem corporis poenâ vel multa pro ratione delicti puniri potest, von Rippern vnd Wippern / vide Valent. Guiliel. Forst. *de Domin. c. 8. num. 132. 133. 134.* Andr. Lamp. *de ult. Diab. foët.* Informat. Br. theil / so durch den Fr. 2c. Magdeburgischen Schöpffenstuel zu Hall in Sachsen gesprochen / von der Theologischen Münzfrage: Ob Christliche Evangelische Obrigkeiten vmb ihres engen Nutzen willen / von Zeiten zu Zeiten / mit gutem Gewissen / Schlechter oder Beringer können machen lassen / Consule Christianum Gilbertum de Spaignart. Confer quoque expurgationem, oder Ehrenrettung der armen Ripper / Copp. lib. 2. observ. pract. 132. num. 13. ausführlich in den Reichs Constitutionibus, vnd sonst in der Experiens Wolb. gründetes Fundamental Bedencken / vber das eingerieffene hochschädlich Münz Unwesen / Authore Herrn Zacharia Christoffer zu Saylenbach Christliches Bedencken / Warum ein Bieder. Christ / den vn. Christlichen / vnd an vielen Orten gebräuchlichen Münz, vnd Wechselwucher meiden solle / gestellet durch Salomonem Lentzum, Ministrum verbi Archiepiscopalem Magdeburgicum, gedrucket zu Halle / den kleinen Catechismum vor die Ripper gestellet / durch Petrum Meyderlinum, Speculum Ripperorum, gedrucket zu Hanaw / Im Jahr Vltor InlqVltatVM gLaDIVs est, Dedeken. vol. 2. cons. sive decis. sect. 9. num. 12. Consulendus omninò Iacob. Aleman. *in Palest. Consult. consult. 8. de jure monetae, quest. princ. 14. p. 879. usq. ad p. 931.* qui dextrè videtur nostrum artic. III. explicare. Videatur doctissimus Dn. Iohan. Hering *in non vulgari tractatu de molendinis q. 1. num. 13. 14. per tot. & in Mantissâ, c. 3. n. 28. p. (mibi) 148.* Magistratus autem in hoc consentiens, jus sive privilegium monetæ cudendæ perdere iubetur, Steph. *hic*, in fin. Zieriz. verb. *privilegium erit amissum*, Gobler. *in auctario, verb. cudendi libertatem*, scribit, inquit, Lucianus etiam Diogenem Cynicum ob adulteratam monetam solum vertere coactum fuisse. Confer quoque des Churfürstl. Sächsischen Consistorii zu Wittenberg Informat. Br. theil / wegen der Ripper: Ob solche zur Absolution vnd Hochwürdigem Abendmal zu lassen / Auch ob sie ohn vorhergehende Busse mit Christlichen Ceremonien zur Erden zubesteten?

*Pœna eorum, qui sigilla, literas, instrumenta redituum, aut censuum
libros, seu registra falsa componunt & cor-
rumpunt.*

Respondeo cum Imp. Quod corporalem, capitalemq; secundum majus & minus falsari, malitiosi, & perniciosi facinoris, habito Jctorum consilio, pœnam ferant, sustineantq;, *Gobler. Zieritz. Steph. hic.* Falsum quoque committit, qui alterius Notarii scripturam & manum imitatur, & subscriptiones confingit plurimas. Historiam hac de re suppeditat nobis *Suidas in Lexico, in voce, Priscus, Emesenus.* Erat Emese, (quæ civitas est Phœnicix, Libanusiæ, teste *Stephano in libro de urbibus*) erat, inquam, vir quidam Patricius Mammianus in re lautissimâ, qui hæredem instituerat Ecclesiam Emesenam, ex quâ ipsius ultimâ voluntate satis elucet, quantâ in Deum pietate fuerit. Ecclesiæ igitur illius Oeconomi non contenti divitiis justè partis ac relictis, ut avaritiam suam insatiabilem exple- rent, ad malas artes, & falsi crimina confugerunt. Nam Priscum quendam, ejus loci civem, qui aliorum scripturas sive manus scitè imitari atq; exprimere poterat, subornârunt, & spe participandæ prædæ induxerunt, ut manifesto crimine falsi multa conscriberet instrumenta obligationum, quasi ab aliis confecta debitoribus, & Mammiano data, in quibus promitterent, se ei restitutos pecunias, quas in causâ depositi ab ipso accepissent, ac penes se haberent. In primis autem cujusdam tabellionis pridem defuncti (qui ut vir fide ac virtute præstans & celebris, dum viveret, civibus frequentem in foro operam dabat, instrumenta eorum sua subnotatione confirmans; ut hodieq; solent Notarii) hujus, inquam, viri, fide dignissimi & omni exceptione majoris auctoritate & nomine ad eam rem Priscus ille falsarius abutebatur, manum ipsius imitando, & subscriptiones plurimas confingendo. Ea Instrumenta improbus scriptor œconomis non minùs improbis tradebat. Oeconomi pecunias petebant ab iis, quorum nomina tabulis inserta essent, quasi cum Mammiano contraxissent, ei- que deberent, & jam eo mortuo Ecclesiæ tanquam hæredi Mammiani: cum tamen revera neq; cum Mammiano contraxissent, neque deberent quicquam vel ipsi, vel Ecclesiæ ipsius hæredi, sed ut scelera consilium non habent, & cœca ferè est improbitas: ita isti quoque falsarii non satis circumspecti cautiq; fuerunt. Nam in diebus & annis instrumentorum falsorum ponendis vel anno- tandis non attenderat Priscus, quod dies actionum jam exiissent: atq; ita Ecclesiæ Emesenzæ, ejusve œconomis adversus prætenso debitoribus hæreditarios agentibus nihil prodesse illa instrumenta: quippe quibus objici posset præ- scriptio vel 30. vel 40. annorum. Itaq; ad hunc modum suismet artibus delusi, frustratiq; spe prædæ suæ non hinc acquieverunt, sed scelus scelere cumulantes confugerunt, ad jus novum per largitiones aulicas impetrandum. Proficiscun-

N

tur

tur Constantinopolim ad aulam Imperatoris Justiniani, ibiq; suis largitionibus & corruptelis hoc efficiunt apud bonum illum, & ut quidam volunt, analphabetum Principem, qui totus pendeat ab uxore sua Theodora imperiosa, & impotentis animi fœmina, & à Triboniano homine avarissimo, quem abbi testatur *Suidas in verbo, Tribonianus*, leges fixisse pretio, ac refixisse. Efficiunt, inquam, ut jus novum conderet, quo lanciretur, ut posthac Ecclesiis non 30. vel 40. annorum, sed centum, præscriptio obstaret. Confer omninò *Cunr. Rittersh. in expos. method. Novell. Iustin. Imp. part. 11. c. 1. per tot. præsertim num. 12.* Plura trado *disc. Acad. 2. concl. 34.* Memini ego nobilissæ cuidam, quod falsas obligationes in aliorum præjudicium dolosè confecerat, & sigilla falsa sculperat, capitis pœnam dictatam esse, & fictis annulis fraudem esse factam ostendit luculenter, *Iohan. Kirchman. de annulis, c. 14. p. 123.* Recordor quoq; S. J. C. tos pronunciasse, **Das S. S. vnd B. N. darumb / daß sie etnen falschen Bettelbrieff machen lassen / an den Pranger zu stellen / mit Ruthen auß zu streichen / vnnnd darauff des Landes / biß auff kundliche Erlaubnuß / zu verweisen seyn.**

ARTICULUS CXIII.

Pœna aliorum falsariorum, qui pondere, mensurâ, mercibusq; adulterinis fallunt.

1. Qui fallendi animo pondera, mensuras aridorum, liquidorum, vel ipsas merces, aromata, & quicquid vœnum dari solet, adulterat, aut pro bonis & justis divendit, is vel in exilium mitti, vel pro falsæ magnitudine pœnæ corporali subijci, ac virgis feriri, aliòve simili modo poterit puniri. Pro falso autem iterato & magno, ubi evidens apparet dolus, consilio prudentum requisito, ultimi supplicii pœna infligi potest, *Bernhard. Zieritz. hic, verb. iterato & magno.* Nemo enim nescit mensuras & pondera usque adeò necessaria esse ad contractus, & commercia rerum, ut sine illis vix possint expediri. Quamobrem ut hæc justa & æqua sint, magnæ semper curæ legislatoribus fuit in quavis Republ. neq; minori, quàm ne monetæ adulterarentur, & cum regali rei nummarie connecti solet ratio ponderum, mensurarum, modiorum, ulnarum, ut iis scilicet certus modus præfigatur ad felicem usum commerciorum, & annonæ quoque publicæ curam rectè administrandam, ut latius trado *d. disc. Acad. 5. p. 371.* Deus ipse diris devovet eum, qui iniquis ponderibus & mensuris utitur. Vide *Paul. Laur. in Prophetam Amos, conc. 2. c. 8. p. 398. 399. Gobl. hic, in auctar. Cunrad. Rittersh. in jure Iust. part. 3. c. 15. num. 1. 2. 3. 4. & 5.* dicit, nostris moribus in falsarios ponderum & mensurarum nonnunquam fustigationem, vel certè gravissimam mulctam pecuniariam, tanquam in fures publicos, decerni solere.

2. Falsi etiam nominis vel cognominis, adseverationem pœna falsi coërceri, maximè cum fit in alterius fraudem & injuriam, tradit *Matth. Steph. d. art. 113.* Si materiam ponderum, mensurarum, merciumq; adulterinarum transgredi

gredi vellem, plura possem eodem modo hinc adferre, sed remitto me ad *disc. meum Acad. 3. concl. 37. disc. Acad. 4. p. (mibi) 255. 256. & margar. 5. 6.* Falsarii quoque sunt, & ideò rectissimè puniuntur, qui speciosissima consilia infido & malo animo tanquam venena sub melle propinant. *Herm. Lather. in tractat. de censu, lib. 3. c. 16. num. 173. 174. 175. cum seqq. Herm. Kirchn. de officio Cancellarii, c. ult. num. 33. cum seqq.* Utcunque quis vultum fingat, vulpina cauda semper prominet, & utcunq; obganniat, rictus & rugitus Leonem prodit, *Falschheit bricht endlich auß!* *Abrah. de la Faye in hortul. histor. cor. 2. flor. 5. in fin. p. 143.* & sæpissimè mali illi Consiliarii, dum aliis nocere student, seipos periculis improvidi implicare solent. Hinc verum

Consultum malè consultori pessima res est;

Arte alium quàm quis capiet, capietur eadem.

Confer hac de re differentem *Theologum Dn. Cunrad. Dieter. in Analys. Evang. Dom. post Trinitatis 23. p. (mibi) 760.*

ARTICULUS CXIV.

Pæna termini moti.

Qui dolo malo terminum, lapidem, fines, sepes, fossas, arbores, columnas, vel quicquid distinguendorum dominiorum causâ fit, collocatur, ponitur, statuitur, mutaverit, loco moverit, effoderit, transposuerit, alveum fluminis termini aliò direxerit, constituit *Carolus V.* quod is pro atrocitate criminis, præsertim cum publicos amoverit terminos, vel capitali supplicio, vel mitius plectatur; aut castigetur, *Steph. Bernh. Zieritz. Gobl. hic. Confer Iust. Mejer. in Collegio Argentoratensi, lib. 47. Pand. tit. 21. conclus. 4. 5. cum seqq. Iacob. Menoch. 2. de A. I. Q. c. 393. Cujac. 19. obs. 10.*

ARTICULUS CXV.

Pæna prævaricationis.

Remitto me ad *Goblerum, Zieritz. & Steph. Iust. Mejer. in Colleg. Argentorat. lib. 47. tit. 15. concl. 1. cum seqq. Henr. Bocer. class. 4. disp. 9. concl. 48. cum seqq. & propero.*

ARTICULUS CXVI.

Pæna criminis Sodomitici.

Secundùm naturã homines Venere utantur, *Plat. lib. 8. de ll. p. 646. 647.* non contra naturã luxuriari debent, *Epist. Pauli ad Rom. c. 1. v. 27.* Miror, quod *Ioh. Della casa Sodomitici criminis laudes nefario libro complexus sit, ut latius trado Disc. Acad. 7. secunde editionis, concl. 15.* cum tamen, si quis fœdissimũ cum bruto concubitum iniverit, si vir in virum, aut fœmina egerit infœminam, mortis pœnam sustinebunt, iiq; consuetudine diu receptã igni exurentur, *Zieritz hic. & consule omninò hic doctissimum Gobl. & Steph. ubi profectò non vulgaria tradit. Et licet in cadavera non exerceatur merum imperium, comburuntur tamen, si rem ali-*

quis cum iis habuerit. Vide Philip. Neidling. de iurisd. concl. 3. i. Plura de Sodomitico crimine tradunt Dom. Cardin. Tusch. in voc. Sodomiticum crimen, concl. 316. cum seqq. Thom. Metzg. conf. crim. 10. Prosp. Farin. de delictis carnis, q. 147. tit. 16. per tot. Mart. in novissimis Digestis, lib. 2. tit. de Sodomia, c. 1. cum seqq. Berlich. p. 5. concl. 42. Ioh. Katz. in Synop. matrim. c. 3. theor. 1. i. k. Balth. Meisn. in consultatione Catholica, de fide Lutheranâ capessendâ par. 2. p. 133. Iust. Mejerus in Colleg. Argentor. lib. 48. tit. 5. concl. 26. ubi se remittit de mastrupatione ad Iod. Damhoud. in prax. crim. c. 96. num. 5. qui omninò non negligendus, sed omninò legendus.

ARTICULUS CXVII

Pœna incestus.

Patri, qui cum propriâ filiâ consueverat, capitis pœnam dictamus, Matth. Berlich. part. 4. sect. 1. concl. 32. num. 14. Anton. Tessor. decis. 100. num. 4. Matth. Coler. decis. 174. num. 12. 13. 14. Thom. decid. 42. cujus pœna secundùm Boerium ignis, vitricum verò cum privignâ suâ conredientem, concumbentem, fustigatione, & perpetuâ relegatione puniendû esse cum Ern. Cothm. vol. 3. resp. 48. nu. 17. Berlich. d. sect. 1. concl. pract. 35. num. 3. Thom. Metzg. conf. crim. 9. num. 3. putamus. Vide Nicol. Boer. decis. 318. & alios à Bernh. Zieritz. in not. ad Caroli V. constitutionem crimin. allegatos 117. verb. cum privignâ vitrico rem habente, pœnam mortis dictamus. Sic scio fratrem cum sorore incestum committentem fustigatione, & perpetua relegatione punitum esse. Privigni quoque cum noverca consuetudo incestuosa, l. nemini, 17. C. de nupt. Harpp. § fin. Inst. de exher. liber. num. 31. 32. De pœna incestus plura, & aliàs huc spectantia tradunt Iul. Clar. in §. incestus, num. 3. vers. sed quero, Aym. Cray. conf. 321. Didac. Covarr. de matr. part. 2. §. 8. de contrah. incest. nupt. Ioh. Eichard. tom. 1. conf. 65. & tom. 2. conf. 63. & conf. 112. Nicol. Vigel. in constit. crimin. p. (mihi) 238. Prosp. Farin. de delict. carn. q. 149. tit. 16. cum seqq. Card. Tusch. in concl. pract. 2. concl. 69. voc. incestus, Matth. Berlich. d. sect. 1. concl. 33. per tot. Cunrad. Rittersh. in iur. Iust. part. 4. c. 2. n. 39. cum seqq. prompt. juris Klamm. & ibi Ioach. à Schept. plures allegans Dd. Andr. Tyraq. de legibus connubial. part. 7. num. 35. 37. 39. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. cent. 6. cas. 502. Consultissimus Dn. Iohan. Camm. disp. regal. 10. concl. 85. cum seqq. Henr. Bocer. de regalibus, c. 3. num. 56. Regn. Sixtin. lib. 2. de regal. c. 11. num. 40. Confer Nov. 12. c. 1. Nov. 154. c. 1. l. 5. ff. de quest. in constitutionem criminalem, annotationes Francofurti impressas Typis vidue Matthia Beckeri, impensis Petri Musculi, Anno MDCXIV. Gobl. Matth. Steph. Theod. Bez. de repudiis & divorciis, p. 78. Henr. Bocer. clas. 4. disp. 12. conclus. 52. cum seqq. Sigism. Wittum. conf. crim. 8. Anton. Faber. in C. lib. 5. tit. 3. de incest. nupt. Alex. Trentac. var. resol. lib. 3. tit. de matrim. resol. 4. num. 2. Franc. Viv. lib. 2. decis. 244. num. 5. Dan. Moller. Constit. Elect. Aug. 23. par. 4. Donell. comm. Iuris Civil. lib. 1. c. 8. Os w. Hillig. Iohan. Gutieret. & pract. quest. lib. 4. q. 1. num. 4. allegati à Cunrad. von Einsiedel de regal. c. 3. num. 167. cum seqq. Paul. Cypr. de Iur. connub. p. (mihi) 667. c. 6. num. 14. cum seqq. Hartm. Pist. obs. pract. 182. & obs. 192. Iohan. Grivell. decis. Senatus Dolani 23. Iohan. Copp. lib. 1. obs. pract. 38. & aliis observ.

observ.

observ. Andr. Rauchb. par. 2. q. 30. num. 54. 55. Helfr. Vlr. Hunn. Colleg. crim. disp. 12. th. 99. Ludov. Gilb. in arbor. judic. crim. tit. 2. 4. cum seqq. Georg. de Cape d. part. 2. decis. 50. Flagitium incestus adeò frequens in Monasteriis fuit; ut Hombertus Episcopus scripserit, incestus crimen pro nihilo duci, & sub prætextu, atq; velamine consanguinitatis quasi sub specie pietatis celari sordes impietatis. Sed ô tempora, ô mores. Videatur Christ. Matth. Dithmars. lib. 1. Syst. polit. p. (mibi) 91.

ARTICULUS CXVIII.

Pæna raptus virginum, aut nuptiarum.

Apud veteres Germanos non fuit hoc crimen capitale, quemadmodum ex eorum legibus videre est, sed pecuniariâ pœnâ mulctandum, ut eleganter deducit Goble. *hic in auctario*, sed nunc gladii pœnâ raptor afficitur, etiam si virgo ipsa in raptum consentiat, Zieritz & Steph. *hic, per Luls. C. de rapt. virg.* Latius de hac materiâ agunt Anton. Tessa. *decis. 217. num. 7. 8. Farin. de delict. carn. q. 145. tit. 16. Dan. Moll. 3. sem. 7. Decis. Saxon. matrim. 15. p. 17. Rittersh. in Meib. Novell. part. 12. c. 11. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 1. q. 7. num. 1. notab. 3. & seqq. Iohan. Zanger. ad §. præterea, c. 5. 13. 14. de appell. recus. rel. nu. 2. 3. Thom. Trivisian. lib. 2. decis. crimin. decis. 17. decis. 33. per tot.*

ARTICULUS CXIX.

Pæna stupri violenti.

Stuprum violentum capitaliter, sive ultimo supplicio, & morte naturali gladio punitur. Planè si conatus fuerit sine effectu, quia fortè id commodè facere non potuerit, cessat pœna ultimi supplicii, & arbitrio Judicis punitur. Eleganter Steph. *hic, vide quoque Gobleum.* Mulier per vim stuprata nullam infamie maculam incurrit, sed immaculatæ existimationis permanet, Matth. Berlich. *part. 5. con. l. pract. 41. num. 66. 67. Steph. hic, in fin. Franc. Wfeil conf. 147. per tot. cent. 2.* Caro enim corrumpi nequit, nisi mens ante fuerit corrupta, & Helena apud Ovidium:

Crimen erat nostrum, si delinita fuisssem:

Cùm sim rapta, meum, quid nisi nolle fuit?

Unde nec virginitas perit coactâ fornicatione, si voluntas in actum non condescendit, Henn. Arnis. *de jure connubiorum, c. 3. num. 1. 2. 3.* An assertio stupratæ mulieris sit indicium efficax ad torturam contra stuprantem? Vide Heig. *p. 1. q. 39. num. 34. Bernh. Zieritz & hic, verb. legitimeq; probata.* Confer de hac materiâ Herm. Vult. *vol. 1. conf. 15. num. 22. & num. 134.* Evenit in Galliis, ut quidam genere nobilis è familia Comitis Alenconii per vim stupraret alterius cujusdam nobilis viri, peregrè profecti, uxorem, quæ, simulatq; maritus revertisset, lacrymis oppleta, commemorare vim sibi factam, ille crimen deferre ad Alenconium: alter negare factum pertinaciter. In quem cùm aliquanto esset propensior etiam is, apud quem fuit instituta accusatio: qui injuriam passus erat, ad Senatum Parisiensem appellabat. Per annum & eò plus agitata causa, cùm & uxor intentare crimen, & ille constanter negare, statutum est, ut monomachiâ litem

finirent. Certo die, quem aut ipsi delegerant, aut arbitri præscripserant, congressi sunt, equites primùm, inde pedites. Non hîc cæca fortuna, (quæ solet alioqui in ejusmodi rebus dominari) sed æquitas potius & virtus exerere suas vires. Nam qui suæ conjugis pudicitiam vita sua cariorem habuit, & in ea propugnanda capitis periculum non reformidavit, necato adversario, palàm faciebat omnibus, esse vindicem Deum, qui scelerum impunitatem nō ferat. Interemptum illum, carnifex pertractum ad patibulum, postea suspendit, quem si vincere contigisset, jam ex Decreto Senatus illa quidem, propterea quod falsò credita fuisset accusasse, flammis objecta, maritus autem eo, quo adversarius, ignominia genere, post mortem etiam affectus fuisset. Victorem eximiis laudibus efferre omnis nobilium turba, & prædicare in eo virtutem. Quin & Gallia Rex, honestissima quadam animi inclinatione minimè permittens egregiè factis honorem suum abesse, præmiaq; , & præsentem illum munere non contemnendo, & certis deinde præventibus, quoad viveret, locupletavit, auxitque, *Frossard. lib. 3. hist. omn. memor. p. 201.* De pœna ejus, qui in itinere publico honestam mulierem per vim impudiciùs contrectat? Vide *Dan. Moll. lib. 3. semest. c. 27.*

ARTICULUS CXX.

Pœna adulterii.

Crimen abominabile adulterium dicit Salomon, Rex sapientissimus, & piissimus, in *Proverbiis c. 6. 28. c. 23. 27. cum seqq.* (vide *August. de civ. d. Dei, lib. 17. c. 20. & Ludov. Viv. ibid. b.*) & meretrices vituperat, *c. 5. 3.* & tamen postea iis adhæsit? Mirandum! sed homo fuit, & errare potuit. Hinc inquit *August. tract. 41. in Iohannem*: Quamdiu vivis, necesse est, peccatum esse in membris tuis, saltem illi regnum auferatur. Nōne Rex David, divino multum testimonio prædicatus adulterium cum Berhsabea commisit, Uriam cum literis ablegavit, ut occideretur, & adulteram duxit, *2. Sam. 11. & ibid. c. Anit. Osiand. Vide Thom. Lans. in Orat. funebri Friderici D. W. p. (mibi) 55. 56. cum seqq.* Hinc verum, quod ait *Philip Comin. lib. 9. comm p. 654.* Qui vivit; fieri potest, ut aut melior, aut etiam deterior evadat. Quare invocandus Deus, ne Diabolo permittat, nos ad immania scelera, & nefanda peccata perpetranda impellere. Habet enim iram magnam, usque adeò, ut, si tantum nocere posset, quantum vellet, aliquis justorum non remaneret, *Cunrad. Dieter. part. 1. Dominicâ Oculi p. 331.* Mirum est, & animadversione dignum, quod à Philone & Hebræorum Magistris passim traditum est; Diabolum Deo permittente (aliter enim officere hominibus nequit, *3. Reg. c. 22. Iob. c. 1. & 2.*) in partes genitales, & concupiscentiam majus imperium & potestatem habere, quàm in reliqua membra. Itaq; allegoricè dicunt, Satanam à serpente portari: per serpentem autem voluptatem, quæ in ventrem incumbit, significari. Ut sagæ possunt aliquem reddere inhabilem ad alicujus, certæque mulieris concubitum, vel ad tempus, vel in perpetuum, permittente Deo, & operan-

operante Satana, c. si per sortiaras caus. 33. q. 1. ut de Amasia Rege Ægyptiorum & Ladice uxore scribit Herod. lib. 2. & de Theodorico Rege Mediomattico, & Hermenberga Bertici, Regis Hispaniæ filia narrat Paul. Æmil. lib. 1. histor. Franc. in Clotario II. Petr. Gregor. Tholos. lib. 34. Syntag. 6. 9. num. 3. 4. & seqq. Vide artic. 21. Eadem igitur vi artis & impietatis impellere aliquem ad alicujus certæve mulieris concubitum possunt. Exemplum habemus in D. Cypriano Carthaginensium Episcopo, antequam sub Christi militare vexillo incipiebat. Vid. Niceph. lib. 5. hist. Eccles. c. 27. Aliud habemus in Juvene quodam Emporii Gazensis, quod vide apud Hieronym. in vitâ Hilarii, Tholos. d. lib. 34. Syntag. c. 12. nu. 1. Vide Theocrit. in Pharmaceut. Idyll. 2. Exemplum memorabile aliud proponit Fross. lib. 2. Diss. Wier. in tract. de prest. g. Damon. lib. 3. c. 37. qui Leorum, 4. C. de malef. & mathem. falsitatis alicujus arguere non erubescit. Adulterii pœna gladius est, quando conjugatus cum conjugata illud committit, & eadem pœna adultera plecti solet, qua mas adulter, idq; justissima fanè ratione, cum eadem à viro, quæ ab uxore debeat castimonia, c. nemo, 32. q. 4. ad quam rem facit elegans JCtus locus in l. 13. §. 5. ff. ad l. lul. de adult. Adde Lactant. lib. 6. Inst. c. 23. Phil. Camer. cent. 3. oper. subcis. c. 78. p. 310. Scip. Gentil. lib. singul. orig. p. (mibi) 311. alioquin iis, qui alienos amores illicitos, & promiscuos sequi cupiunt, & fidem suam fallunt, accidet id, quod Ottocharo, Regi Bohemiæ, de quo ita scribit Æneas Sylvius in dictis & factis Alphonsi Regis, lib. 3. Cùm enim ad eum de pudicitia conjugis sinistri rumores delati essent: Lex, inquit, naturæ est:

Cornua qui faciunt, nec cornua ferre recusent.

Eleganter Steph. num. 3. 4. 5. Confer Zieritz. hic, verb. adulter cum adultera, Gobl. in auctario, Fürstl. Br. 26. & uneburgische Policenordnung / c. 6. p. 22. Jacob. Aleman. in Palest. Consult. conf. 1. p. 1. 2. 3. 4. Matth. Berlich. par. 4. concl. pract. 27. per tot. Dn. Henr. Bocer de adulterio & adulteris. An adulterium committatur cum conjugata, quæ tamen meretricio more se prostituit? Vide Hart. Dass. lib. 1. conf. 31. & plura tradit de adulterii materia, conf. 21. per tot. Eichrod. de publ. jud. concl. 17. cum seqq. Ioh. Gædd. vol. 3. Conf. Marpurg. 28. num. 159. cum seqq. Si Cajus confiteatur se commisisse adulterium cum Sempronii uxore, quæ tamen absit, ita ut veritas ipsi extorqueri nequeat, an ordinariæ adulterii pœnæ locus esse possit? Negativam sententiam Scabini Lipsenses tenent, Hart. Pistor. obs. 33. & 34. De remissione pœnæ adulterii ob intercessionem conjugum, Dan. Moll. lib. 3. semestr. 13. Sed præfata pœna capitalis adulterii in desuetudinem abiit, & pecuniaria, aliâq; levior est introducta, qua de re graviter conqueritur Clarus in §. adulterium, nu. 7. accinit Myns. in §. item lex Julia, de adult. num. 10. Inst. de publ. judic. ut non injuria cum Juvenale quis exclamare possit, Sat. 2. lib. 1. Ubi nunc lex Julia dormis? Flam. de Rub. in tract. de adult. c. 16. c. 4. addatur Heig. q. 29. num. 37. & seqq. par. 2. De crimine adulterii vide Mascard. de probat. concl. 57. Decadem meam Consiliorum, conf. 9. num. 21. & à me ibidem allegatos Dd. plura trado disc. Acad. 2. app. 17. 29. 30. & disc. Acad. 3. misc. 33. & disc. Acad.

2. coroll.

9. corol. 2. & Ern. Cothm. volum. 3. resp. 16. per tot. Tusch. in pract. conclus. voc. adulterium, conclus. 222. An similes natos stuprata cubilia faciant? Vide Eberh. Speckh. cent. 1. q. 79. 7. cum seqq. Fallacem similitudinem esse tradit ex aliis Dn. Henr. Bessel. vol. 1. differ. decis. 2. th. 2. p. (mibi) 42.

ARTICULUS CXXI.

Pæna digamiae, & consequenter polygamiae.

Digamiam, sive polygamiam juxta normam divinæ legis examinans toto animo exhorresco, & eam sacratissimis displicuisse Impp patet ex l. 2. C. de incest. nupt. Imò infamiæ nota inuritur polygamis, & capitale supplicium iisdem decernitur, Matth. Berlich. part. 4. concl. 18 per tot. Farin. de delict. carn. q. 140. & copiosus hac de re sum disc. Acad. 1. concl. 5. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 1. q. 3. p. (mibi) 78. Non temperare me possem seriis jocos & sales inferere. Duxerat quis in Galliâ uno tempore quatuor uxores, & cum capite esset mulctandus, ad locum supplicii adducebatur, obviû habuit ille Carolum Regem, qui illum ad se vocari jussit, & vocatû interrogavit, quâ de causâ traderetur. Cui respondit: Quatuor duxi uxores uno tempore. Tunc Rex, ego, qui Rex sum, unam tantum habeo, tu autem quatuor habere voluisti, nonne te pudet? At damnatus subjunxit. Deceveram ego etiam unicam habere, sed bonam, at, cum primam duxissem, malam sum expertus, propterea secundam accepi, quam cum primæ similem inveni, accepi tertiam, & eadem ratione quartam duxi cæteris longè pejorem. Quapropter omninò statueram à ducendis uxoribus non cessare, donec unam invenissem, quæ bona esset. Quo lepido responso delectatus Rex illum morte liberavit.

ARTICULUS CXXII.

Pæna mariti & parentum prostituentium uxores & liberos.

Maritus uxorem suam prostituens, tanquam adulter puniendus est per tradita à Matth. Steph. hic, in fin. Ut proprium parentis est benè educare filias suas: ita eas prostituere pessimi exempli, & mali parentis est. Est quidem apud Lucianum in Amatoris pessima mater lena, quæ filiam rudem & imperitam artis meretriciæ instruit. Virginius filia suæ honorem ipsimet filia anteponendum esse existimavit, l. 2. §. 24. ff. de O. 1. sed rectissimè apud Aristeam (licet ejus auctoritas à Iosepho Scaligero, & aliis in dubium vocetur) Ptolomæo Philadelpho, Ægyptiorum Regi, quadragesimus primus, ex septuaginta interpretibus, interroganti, quæ esset maxima negligentia? respondit: si quis non curat liberos, nec eos educando, quàm diligentissimè informat. Nam oramus, inquit, Deum semper, non tam pro nobis, quàm pro liberis nostris, ut illis adsint omnia bona. Ut in semente spes posita est messis: Ita totius reliquæ vitæ expectatio ab educatione pendere putatur pœnitentiæ. Vide Besold. in laud. fun. Neyfferi, p. 23. Quare parentes

rentes

rentes proprias filias turpis quæstus causâ prostituentes infamiâ notati ultimi supplicii pœnâ afficiuntur, *Farinac. part. 4. in pract. crim. tit. 16. q. 144. §. parentes, nu. 57. & seqq. num. 63. Steph. hic, in init.* Vide tamen *Bernh. Zieritz. hic, verb. pœnam jure communi, Gobl. hic, in auctario*, ubi dicit, per sese, vel apud Ethnicos lenocinii crimen esse detestabile, & abominandum, imò suspendio dignum, *Petr. Rebuff. de sentent. provis. glos. 12. n. 4.*

ARTICULUS CXXIII.

Pœna lenocinii.

Lenones, sive lenæ pro delicti qualitate exilii, aut famosæ catamidiatio- nis animadversione, aut aurium abscissione, virgarū castigatione, aliave simili mulctâ coërcendi sunt, *Zieritz. & Steph. hic.* Si enim non essent sæpè lenones, neq; adulteria, neq; stupra committerentur, sicut sæpè non essent latrones, neque grassatores, aut certè diu latere non possent, si nulli essent receptatores, quod proinde pessimum genus vocat *Martianus in l. 1. ff. de recept.* Videantur *Rittersh. in jure Justin. p. 12. §. 7. num. 1. cum seqq. Matth. Berlich. par. 5. concl. pract. 40. per tot. & re- ctissimè Goblerus hic, in auctario* scribit, hoc genus hominum non in triviis solùm, & angeportis sustineri, verùm etiam propemodum Principibus esse intimos, atq; gratissimos, ut quam ipsi deperire nequeant, illorum ope attentent, & in suam nassam, sententiamq; pertrahant. Vide de lenonibus *Jacob. Menoch. (cujus laudes vide apud Fuly. Pacian. de probat. lib. 1. c. 1. num. 12.) de A. I. Q. lib. 1. q. 88. n. 15.*

ARTICULUS CXXIV.

Pœna perduellionis, seu proditionis.

Totum orbem repletum esse proditoribus, dicebat *Ludovicus Sfortia*; & *Philippus Macedonum Rex* proditiones amavit, proditores non item. Ego, *inquit Aurelianus*, proditorem amare non potui, & libenter tuli, quod eum mili- tes occiderunt. Quomodo enim mihi fidem servaret is, qui patriæ non peper- cit? Præclare apud *Xenophontem Critias* dicit proditionem formidabiliorem bello esse; quod difficilius sit clandestinas insidias, quàm apertam vim cavere, *Gobler. hic, in auctario.* Hinc illud verum nimis *Magni Leonis*: Plus plerumque periculi est in insidiatore occulto, quàm hoste manifesto. Eleganter doctissi- mus *Carolus Scribanus in Instit. Politico-Christ. lib. 1. c. 3. p. 22. 23.* Facilior cautio est, ubi manifesta est formido, & ad certamen minus tunc præstituitur, quando se adversarius confitetur: plus timèdus & cavendus inimicus, cùm latenter surre- pit, quàm qui per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit, unde & ser- pentis nomen accepit, *Cunrad. Dieter. in Analys. Evang. Dom. 8. post Trinitatis, par. 1. doctrin. 9 p. 255.* Quisquis igitur malitiosâ proditione deliquerit, in quatuor par- tes ex more scindatur, aut secetur. Si verò mulier fuerit, mergatur. Quod si verò per hanc proditionem singulare aliquod damnum alicubi inferri possit, ut con-

tra provinciam, civitatem, Principem; hoc modo augeri pœnam Reipublicæ interest, ut trahæ impositus reus atq; forcipibus candentibus primùm adustus eo, ut diximus, modo supplicio afficiatur, *Zieritz. hïc.* Nonnunquam etiam, si mitiùs plecti debeat, capite priùs amputato, nihilominus postea truncus quatuor in partes discindetur, quod cordatorum Judicum arbitrio, & JCtorum sententiæ committitur, *Steph. hïc.* Fortè notata *in fin. art. 42.* huc commodiùs referre potuissem. Adde de prodicione, *Cam. 2. histor. 61. Adam. Cont. lib. 10. polit. 52.*

ARTICULUS CXXV.

Pœna incendiariorum.

Incendiarii legitimè convicti, qui dolo malo hoc fecerint, vivi comburuntur. Circa pœnam horum incendiariorum distinguitur Jure Civili, an incendium in civitatibus, aut castris & villis commissum, an parvum aut magnum, an incendiarius nobilis, vel in dignitate constitutus sit, sive vilis persona? latius id ipsum tradente *Matth. Steph. hïc.* Sed hæc distinctiones, jure Carolino inspecto, nullius ponderis sunt, nec attenduntur. Non tantùm hoc in loco de conductitiis illis, qui vulgò dicuntur *Wordbrenner* (vide *Frid. Hortled. quem egregio encomio ornat laude dignissimus Dn. Domin. Arum. in tract. de comitiis, c. 3. num. 13. von den Ursachen des Teutschen Kriegs / lib. 4. c. 13. p. 354. cum seqq. & cap. 26. cum seqq.*) agitur, sed etiam de omnibus incendiariis, qui dolo, & ex proposito, consultò, datâ operâ, & malitosè scientes prudentesq; immittunt, sive inimicitia, sive prædæ causâ hoc faciant. Conductitii autem illi pejores utiq; sunt, & graviùs cæteris plectendi, *Zieritz. hïc, verb. incendiarii.* Quid autem dicendum de iis, qui linteas stupas cum igne, pice, sulphure, aut pulvere bombardico, aut carbones, aut titiones alicubi deponunt, etiamsi nihil damni inde datum sit? ut factum memini Rostochii Anno 1607. Vide *Zieritz. hïc, verb. Dolo malo hoc fecerint, Steph. hïc, Berlich. concl. 21. num. 17. 18. part. 4. Conferendus quoq; Gobler. hïc, in auctar. Incendium, quod culpâ, vel negligentia, vel casu fortuito exortum, quomodo puniatur? Vide Berlich. par. 4. concl. 25. per tot. Thom. Metzg. conf. 67m. 11. per tot.*

ARTICULUS CXXVI.

Pœna grassatorum.

Veterum Germanorum in delicto hoc coërcendo rigorem animadvertere est apud *Krantz. in Saxoniâ, lib. 10. c. 30.* Hinc inquit *Dan. Moller. 3. semestr. 27. n. 3.* Illi, qui in itineribus publicis vestem, vel pecuniam, quantumvis exiguam, aut aliud quippiam per vim viatori eripiunt, capitali supplicio affecti rotis deinde apud nos in terrorem aliorum imponuntur. Hoc articulo pœnâ gladii afficiuntur & rei ablatae à grassatore quantitas & valor non venit in considerationem & pro unicâ grassatione, in qua non inter venerint vulnera, sive occi-

sio,

sio, quem mori debere decem rationibus, *Dn. Herm. Goëh. part. 4. per. 1. q. 3. per tot.* adfirmat, ita Facultates Juridicas Marpurgensem, Coloniensem, & Rinthe-
lensem pronunciaſſe teſtatur, & contrariis reſpondet. Sed vide *Ioach. à Scheplitz.*
in prompt. iuris Klammeri, tit. 45. §. 5. num. 1. me in Pentade Conſilior. reſp. 5. q. 7. Idem
judicandum de iis, qui domo latrones excipiunt, aut ullo favore, vel ope ſuc-
currunt. Nam certè non minus puniendi ſunt capitaliter, quàm principalis fa-
ctor, *l. 1. ff. de recep. l. 1. C. de his, qui latr. occul. Damboud. in prax. crim. c. 102. num. 7.* Huc
pertinentia quoque *Iohan. Georg. Becht. de ſalvo conductu, cap. 4. conclus. 125. 126. cum*
ſeqq. tradit.

ARTICULUS CXXVII.

Pœna ſeditioſorum.

Seditioſi, & maximè autores tumultus civici, nec non quarumcunque
aliarum ſeditionum, capitali ultimo ſupplicio afficiantur. Paulus *l. ſi quis aliquid,*
38. §. autores, 2. ff. de pœnis. Auſtores, inquit, ſeditionis, & tumultus, populo con-
citato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut beſtiis objiciuntur,
Petr. Greg. Tholoſ. lib. 31. Synt. jur. univ. c. 17. num. 2. Ant. Capyc. deciſ. Neapol. 130. num. 3. 5.
Jacob. Menoch. lib. 2. de A. l. Q. caſu 266. num. 4. Tib. Decian. tract. crim. lib. 7. c. 7. nu. 16. 21.
Jacob. Alem. in paleſtrâ conſultationum, conſ. 9. p. 940. Gobl. & Zieritz. hic. per tot. & ibi-
dem Steph. Gerl. Buxt. in Aur. Bull. ad c. 15. concl. 98. i. Barnabas Briſſonius, Jctus ma-
gni nominis, excellentis ingenii, ſolidæque eruditionis laude (quam ſcripta
ipſius edita teſtantur) Clariffimus, Conſiliarius Regius, & Præſes Senatus Pa-
riſienſis tempore obſidionis Lutetianæ per furores plebis, aut quorundam po-
tius, qui in plebis fece ultimi Lutetiam Regi ſuo rebellantem tum regebant,
indigniffimè ſtrangulatus in carcere, ac poſtea publicè ſuſpenſus eſt. Urbe verò
tandem Anno 1594. Henrico IV. Navarro Gallix Regi redditâ; Senatui vehe-
menter facinus hocce diſplicuit; adeò, ut eodem patibulo, eadem hora, carni-
fex ipſe, apparitor & à conſeſſionibus Presbyter, quod Briſſonio è vivis tol-
lendo operam ſuam locaſſent, ſuſpenſi juſſu Senatus fuerint, *Abrah. Bucholc. in in-*
dice Chronologico p. (mibi) 718. In præcipuos authores carnificinæ latum Judi-
cium, quod damnati membra ferro quati, laceroſq; rotæ alligari, & cum pœ-
næ eos fuga ſubduxiffet, pictis iconibus in eos vindicatum, *Rodolph. Boter. Jctus,*
ac in magno Francia conſilio Advocatus in historiopolitographiâ, lib. 1. comm. p. 23. 24. 25.
Vide *Eberh. à Weib. de ſpeculi origine, num. 9. Chriſt. Beſold. in ſignis temporum diſſert. 2.*
p. (mibi) 123. De ſeditione plura agit *Vent. de Valent. in parth. litig. lib. 2. c. 2. n. 23. &*
c. 3. num. 22. 26. cum multis ſeqq. Chriſt. Beſold. 2. politic. 1. §. 1. concl. 3. p. 532. Adam. Contz.
lib. 9. polit. c. 1. cum multis ſeqq. Hen. Arnif. in doct. polit. lib. 2. c. 5. p. 517. cum ſeqq. Emer. à
Rosb. in proc. crim. tit. 1. c. 13. not. 7. p. 329. tit. 6. c. 1. not. 1. & num. 58. docet eleganter
exemplis, non ſolùm viros, ſed & mulieres poſſe facere ſeditionem. An tempo-
re ſeditionum provocationis ſeu appellationis beneficium rectè tollatur, &
quomodo? exactè diſſerit *Mich. Hoſpit. apud Thuan. 25. hiſt. p. (mibi) 513.*

COMMENTARIOLUS
ARTICULUS CXXVIII.

Pœna eorum, qui malitiosè aufugiunt.

Vis publicæ species est vis der Landzwinger vnd Aufstretter / Reichs, Abschied zu Augspurg / Anno 1555. auffgericht / §. wir setzen / ordnen / vnd statuiren / p. 403. Ord. Cam. Imp. part. 2. tit. 14. Andr. Gail. de arrest. c. 8. num. 15. Ideoq; gladio ultore puniri debent, Petr. Heig. par. 2. q. 32. num. 9. & merentur ipsi, ut in Melampyrum aliquem incidant, qui malefactorum, violentiæq; pœnas de ipsis sumat, ut loquitur Goblerus hic in auctario. Ab hac pœna excipiuntur; qui metus causa patriam, aut domicilium relinquunt, Stephan. hic.

ARTICULUS CXXIX.

Pœna concussionis.

Qui contra leges, æquitatem, & pacem publicam temerè alterum vi, dolo concutit, aut bellum alii infert, gladii pœna adficiendus est, Steph. hic, & Zieritz. hic. Qua pœna etiam afficiuntur, qui literas diffidationum scribunt, vel concipiunt, ex Constit. Ratisbonæ, Anno 1594. promulgatâ, vers. dergleichen die sich die verbottenen strâfflichen Fehde. Vide Consult. Saxon. part. 4. de delict. tom. 1. quest. 5. Comparatio literarum quid, & quantum probet in criminalibus? Vide Prosp. Farin. par. 1. fragm. crim. p. 105. num. 446. cum seqq. cui obiter addendus Eberh. Speckh. cent. 3. class. 3. q. 14. Quin & diffidationes per Constitutiones Imperii de Anno 1552. & 1555. sunt sublata, vers. vnd darauff haben wir alle Fehde. Eleganter Gerl. Buxt. in Aur. Bull. ad c. 17. concl. 100. a. b. c. d. e. f. g. h. i. Becht. de secur. sb. 86. 114. Georg. Schönborn. 4. polit. 7. num. 3. Carp. de regal. concl. 143. Excusantur autem ab hac pœna diffidationis, qui consensu Imperatoriæ Majestatis bellum alicui intulerunt, consulatur Zieritz. hic, verb. ab Imperatoriâ nostrâ Majestate. Excusantur quoque à prædicta pœna, qui suo, suorumq; hosti bellum inferunt. Et qui vim vi repellunt, aut aliam justam belli causam habent. De concussionem vide Iust. Mejer. in Colleg. Jurid. Argentor. lib. 47. tit. 13. concl. 1. cum seqq. de diffidationibus & minationibus, Matth. Berlich. part. 4. sect. 1. concl. 21. 22. 23. Fürstl. Braunsch. Leuneburg. Pollicenordn. c. 6. p. 26. Petr. Heig. part. poster. quest. 32. num. 8. cum seqq. Verba: Ich will das enfferen vnd rechen: quæ intelligenda, an de vindicta juris, vel facti? tracto ego in meis horis subcisi vis, disc. Acad. 3. misc. 8. & decad. cons. resp. 5. q. 6. num. 28. cum seqq.

ARTICULUS CXXX.

Pœna venenariorum.

Maritus uxorem occidens, qua pœna afficiendus sit? Variæ extant interpretum opiniones, ut videre est ex Matth. Berlich. par. 4. concl. pract. 7. num. 39. Uxoricide Witebergæ; ut testis est Nebelk. de mero imperio, concl. 28. culeo insitus cum cane, gallo gallinaceo, & angui, & postea in profluentem projectus, §. alia, 6. In de publ. jud. l. unic. C. qui parent. vel lib. occid. l. pen. ff. de parric. Cujusmodi pœna
Electori

Electori Saxoni quoque placuit *const. 3. part. 4.* & usu servari solet ita, ut in locum simiæ canis substituatur. Sed vide *Eichrod. de parricid. concl. 35. 36.* ubi dicit ex *Wesensbecio & Harpp.* quædam *Michaël Sachsen in der Kaysersl. Chronick / par. 1. in Flavio Claudiano, p. 178.* refert; Daß Simon Müller von seinem eygenen Weibe zu Dßnabrucke in Stücke zerhaben / vnd sie ihren Ehemann verbrennen wöllen: darumb das lose Weib mit Zangen zerissen / vnd gerädert ist / den 12. Februario / im Jahr 1564. Nos putamus eum, si veneno conjugem interfecerit, puniendum esse secundum Carolinam sanctionem, *art. 130. & art. 137.* Qui enim veneno aliquem interimit, aut corpus, vitamq; malè adficit, utiq; si mas sit venenarius ille, latronis instar Rotæ contusione plectatur. Sin verò fœmina, aquis suffocetur, aliòve modo, delicti & circumstantiarum habitâ ratione, neci tradatur. Ut verò à criminis hujus atrocitate alii absterreantur, poterunt etiam nequissimi isti venenorum artifices trahis impositi, ignitis forcipibus aduri ante supremum supplicium: *Zieritz. hïc.* Mitiozem tamen pœnam aliquando marito propriâ conjugem veneno occidenti dictatam fuisse observavi, & memini, quod in Diœceli Mindensi, An. 1618. fœmina quædam maritû interfecerat arsenico, oder Râsenpulver / quod decollata fuerit, vnd ist ihr Haupt auff einen Pfal gesetzt worden / vor ihr Hauß / darinn sie die Vbelthat begangen / & recorder quoque, quod Anno 1623. 27. Junii, in civitate Mindensi idem delictum à muliere A. N. commissum fuerit, vnd das ihr zu erkandt von Herrn Marpurgensibus J Cuis, daß sie mit glüenden Zangen gerissen werden solte / aber sie ist ins Wasser / wie sichs gebühret / gesencket worden. Confer *Tib. Decian. in pract. crimin. part. 2. lib. 9. c. 10. num. 4.* *Nebelk. de mer. Imp. concl. 28.* Quid si conjunx conjugum venenum propinet, & propter vomitum mors non sequatur? Mortis pœnam locum non habere adstruit *Virgil. Pingiz. q. 34.* à quo tamen recedendo præjudiciis confirmat pœnam gladii adjudicatam fuisse, *Bernh. Zieritz. in notis ad Caroli V. const. crimin. c. 130. verb. delicti & circumstantiarum.* Confer *Iohan. Kopp. Iunior. dec. ad. 3. enucl. 2. num. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73.* Sic filius, qui, ut patrem & matrem necaret, venenum emit, quo tamen uti nequit, pœnâ parricidii punitur, *Wesensb. in paratis. ff. ad L. Pomp. de parricid. num. 7.* Non enim major ingratitudo esse potest, quàm illius vitæ aliquem infidiari, à quo vitam accepit; ut pluribus tradit *Iohan. Harpp. §. fin. Inst. de exher. liber. num. 28. 30.* Frater quoque, qui cognovit fratrem, emisse venenum, ut patri daret, nec patri hoc indicavit, relegatur, etsi patri venenum illud datum non fuerit, *l. 1. in fin. junctâ l. 2. ad L. Pomp. de parricid. Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 5. num. 21.* Denique eos, qui pascua inficiunt veneno, unde pecora, vel homines perire possunt, hac eâdem pœnâ à Carolo V. constituta puniendos esse, ut & eos, qui fontes, cerevisiam, vel similia veneno inficiunt; unde homines enecantur, igni adjudicandos, post alios à se allegatos tradit *Steph. hïc.* Cùm verò philtia ut plurimum furorem, aut mortem concilient, ultimo loco quarit *Zieritz. hïc,* quomodo poculo amatorio ci-

tra nocendi animum exhibito necans sit puniendus? *Dn. Rein. Bachov. Echt. vol. 2. disp. Treutler. 32. th. 7. b. durior videtur gladii pœna. Sed contraria sententia placet Mart. Delrion. 3. disq. Magic. part. 1. q. 3. sect. 3. quem sequitur Zieritz. arg. l. 38. §. 5. ff. de pœn. Iohan. Coras. 4. miscell. 2. num. 2. 3. 4. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 5. per tot. Lex de veneficio quando primùm rogata est, ex Livio tradit Goblerus in auctario, hïc, ubi quoque dicit de poculis venenosis tractatum extare non inutilem, Pauli Grillandi. De philtis videndi Franc. Torrebl. in demonol. lib. 2. c. 47. num. 13. cum seqq. & passim Henr. Kornman. in Commentario de lineâ amoris, c. 3. de convictu, p. 59. cum seqq. Iohan. Kopp. Iun. decad. 3. enucl. 2. n. 70.*

ARTICULUS CXXXI.

Pœna infanticidii.

1. Fœminæ, quæ infantes vivos, membris distinctis præditos, clam enecant, vivæ in terram defodiuntur, stipite, sive palo per corpus transfixo, quamvis ob desperationis periculum ex cruciatus mora proveniens, si hujusmodi infanticidia non sint frequentia, & per illum locum profluens præterlabatur, submergi soleant. Vide *Nebelk de mero imperio, concl. 28. Eichrod. de parricid. concl. 38. Thom. Metzg. cons. crim. 6. per tot.* Si verò id deterrimi maleficii frequentius occurrat, prædictam pœnam defossionis, stipitisq; adactionis ad terrorem aliarum servari, atque observari præcipit Carolus V. *hoc articulo.* Neq; displicet eidem quasi media via, ut quæ suffocandæ aquis erunt, candentibus prius forcipibus adurantur. Id quod etiam adhuc hodie frequentius fieri, quam ut vivæ defodiantur, & palo transfigantur, ait *Steph. hïc.*

2. Parricidii crimen asperrimum committitur illud, si liberi parentes, vel parentes, adeoq; matres suos occidunt infantes, videatur *El. Reusn. in hort. histor. polis. coron. 5. flor. 5. p. 531. 532. 534.* & liberos, item si maritus uxorem, & è contra, vide *initium artic. præcedentis*, vel consanguinei se invicem enecant. Latè ac distinctè agitur de hac materia apud *Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 5. per tot.* Sed si frater fratrem occiderit, quid dicendum? ut factum memini, *daß/ lender/ dieser Fall im Ampt R. sich hat zutragen / im Jahr 1616. Dinstags vor Martini/ vnd E. R. seinen leiblichen Bruder erstochen:* Consulendi *Matth. Berlich. part. 4. consult. pract. 7. num. 63. cum seqq. Prosp. Farin. de homicid. q. 120. nu. 123. cum seqq.* De alio lacrumis deplorando casu fratricidii, quod aliàs pro parricidio habetur, *Bocer. d. c. 5. num. 9. trado ego in Decade Consiliorum, cons. 5. q. 7. Matth. Berlich. concl. 6. per tot. part. 4. Coler. decis. 157. Scheff. part. 1. q. 19. Pingitz. q. 44. Eichrod. de parricid. concl. 44. cum seqq. & concl. 1. 2. & per tot. Steph. hïc,* ubi tradit ex *Remo* rationem, cur species illa parricidii à *Carolo V.* sola ponitur, quando mater infantem suum occidit, ne forsan Imperator videatur magis docere filios, quam vetare parricidia.

3. Inter atrociora homicidii genera meritò refertur parricidium illud
Medea-

Medearum. Detestabile enim scelus est, inquit *Cicero in Lelio*, muliercularum suos natos ultrò necantium. Ea enim charitas, quæ inter natos & parentes est, non nisi detestabili scelere dirimi potest, *Gobler. hic in auctario*. Hujusmodi autem Medæ solent excusare se, aut abortum (qui contra omnem rationem naturalem est, *Aristot. 7. polit. 16. Vide Timpl. 1. polit. 7. q. 5. Gregor. Tholos. 14. c. 3. sect. 8. 9. Eleganter & doctissimè more solito Zieritz. hic, c. 133. verb. in proprium corpus delinquens. De maleficio abortus vide Franc. Torreblan. de demonologiâ, lib. 2. c. 43. per tot.*) fuisse, aut fœtum quidem prodiisse in auras, mortuum tamen, aut eodem momento spiritum exhalasse, *Zieritz. hic, verb. pœna infanticidii, & verb. abortum*. Audiendæ sunt suis probationibus quidem, neque enim quælibet simplex earum assertio fidem meretur, & si fœminæ suam intentionem sat probare non possunt, præsertim si remotis aliis mulierculis partum perfectum se edidisse, suspectæ sunt, torturæ subjiciendæ, & ad confessionem veritatis cogendæ, *Anton. Fab. lib. 9. C. sis. 11. defin. 1 per tot.* Si fatentur, se infantem occidisse, pœna ordinaria infanticidii plecti debent, *Christ. Besold. 1. polit. 10. §. 4. con. l. 33. Vide Ant. Tess. decis. 13. num. 1. cum seqq. Valent. Forst. de jurisd. Rom. c. 6. p. 152. nu. 25. Thom. Metzg. consil. crim. 5. per tot. Confer quoque Sigism. Wittum. cons. crimin. 5. per tot.* Quis autem partus humanus perfectus, & naturæ congruens videatur, & revera sit? Copiosissimè & remissivè tracto *in meis horis subcisivis editionis secundæ, disc. Acad. 3. conclus. 13.* Fœtus in matris utero, an sit animal? Vide *Eman. Meril. obs. 16.* Et consultum est hac in parte secundùm monitum, *Zieritz. hic, cap. 133. verb. partum vitalem, in fin.* consulere Anatomicos & obstetrices, de quibus quoque consulendus *Jacobus Cujac. lib. 17. observ. 28.*

4. Qua pœna verò afficienda mulier, quæ ventris doloribus impulsalatrinnam accesserat, & partum in cloacam effuderat, asserens, nescivisse se fuisse prægnantem? Respondeo per tradita ab *Osfcho decis. Pedem. decis. 60.* qui talem mulierem, attenta tamen qualitate delicti, & mulieris, publicè esse fustigandam, & in perpetuum exilium dandam, & *Hippol. de Mars. in suâ practicâ, §. postquam, num. 23. & nu. 24.* dicit, eam mulierem habere contra se vehementes præsumptiones juris & facti. Iisdem Jctis adstipulantur, *Matth. Steph. hic, p. 235. in fin. ferè, Hart. Pist. observ. singul. 125. Matth. Berlich. part. 4. concl. pract. 7. num. 24. 25. Menoch. lib. 2. de A. l. Q. cas. 357. Farin. in suâ prax. crim. par. 3. tit. de pœn. temper. q. 92. num. 136. vers. ubi de muliere, & pœn. 4. sis. de pœn. abort. fac. 14. q. 122. n. 150.*

ARTICULUS CXXXII.

Pœna matrum liberos exponentium.

Mulier abjiciens liberos in solitarium locum, quos alere debebat, vel iis alimoniam denegans, videtur eos necare, ac si partum suffocasset, *Gobler. & Zieritz. hic.* Ideoq; tritum illud *Ambrosii Psalm. 118.* Hoc est hominem occidere, vitæ suæ ei subsidia denegare. Item: Si non pavisti, occidisti, *Dn. Cunrad. Dieter. in Analys.*

Analys. Evang. Domin. 6. post Trinitatis, p. (mihi) 193. qui omninò consulendus, ac gladii pœnâ afficienda, hujusmodi mater, licet eventus non fuerit subsecutus, *Zieritz. verb. si sine vitæ periculo*, secus si in hujusmodi locum filium vel filiam collocat, ubi multi quotidie prætereunt, tunc enim conciliandæ à prætereuntibus misericordiæ gratiâ id fecisse præsumitur. Vide notata à *Matth. Steph. hic, Henr. Bocer. lib. 1. de omnis generis homicidio, c. 3. num. 173. per tot.* Utrum verò infantes publicè expositi, inventi, & educati, *Fündling* pro justis & legitimis liberis, an potius pro injustis, illegitimis, spuriiis, & nothis sint habendi & judicandi, ad hunc scilicet effectum, ut ad successiones, honores, dignitates, & munera Ecclesiastica & civilia jure admitti & promoveri possint, vel non possint? cum Illustri Cardinali *Gabriele Paleoto in tract. de noth. & spur. c. 63. & c. 20. & Eberh. Speckh. cent. 3. class. 1. q. 14. num. 1. p. 169.* defendemus; hujusmodi infantes publicè expositos pro justis & legitimis liberis habendos esse, & eos ad sacros Ordines, dignitates Ecclesiasticas, aliaq; publica munera & officia rectè promoveri; tametsi de eorum origine nemini quicquam constet. Dicitur de Bartolo, quod fuerit expositus, *Rebuff. de sentent. provis. glos. ult. num. 12.* Menos vetustissimus, Rex Phrygiæ, ex uxore Dindimine filiam procreavit, quam exponi jussit in monte, *Rosin. 2. antiq. 6.* Ad cujus jurisdictionem pertineat cura, & educatio infantum expositorum? consulendus *Dn. Henr. Bocer. de jurisd. c. 9. num. 16. cum seqq.* Videatur *Iohan. Pet. Surd. in tract. de alimentis, tit. 1. q. 81. tit. 5. q. 6. n. 27. tit. 6. q. 19.*

ARTICULUS CXXXIII.

Pœna abortus procurantium.

Si quis per escam, aut potum vim visceribus mulieris inferens partum vitalem abegerit, aut matrem enervaverit, fœminamq; sterilem effecerit, vide *notata ad artic. 21. Dn. Conrad. Dieter. Domin. 6. post Trinitatis, p. (mihi) 193.* utique si dolo malo id factum, vir tanquam homicida gladio, mulier verò, etiam in proprium corpus hoc modo delinquens, suffocatione in aquis puniatur, aut aliâ pœnâ ad mortem plectatur, *Zieritz. Gobler. hic.* Non minùs enim homicida, ut *Marfil. Ficin. in argumentis & commentariis in Platonis libros, c. 14. p. 789.* inquit, censendus est, qui hominem præripit nasciturum, quàm qui natum tollit è medio. Audacior quidem, qui præsentem abrumpit vitam, crudelior autem, qui lucem invidet nascituro, & nondum natos suos filios enecat. Impium ergo Eusebiæ reginæ facinus, quæ in aliis, quod leges puniunt, cum prohibere possêt, jussit, ut latius patet ex *Ammiano Marcellino lib. 16. rer. gestar. p. (mihi) 78. & ibidem in obs. Fr. Lindenbrogi, p. 57.* Huc quoque pertinent ea, quæ tradit *Dn. Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 1. num. 16. cum multis seqq.* Abactò autem fœtu nondum perfectè vitali, tunc pœna mitigatur, ut scilicet pœna extraordinaria, puta relegatio, vel fustigatio, vel similis ad arbitrium Judicis inferatur, *Stephan. hic, cui adde Farin. part. 4. in prax. crim. tit. de pœnâ abortum facientis, 14. q. 122. p. 6. nu. 144. & seq.*

& seq. juncto num. 146. *Damboud. in prax. crim. regul. 85. nu. 4. Berlich. d. c. concl. pract. 8. num. 28. Tessaur. dec. 12. num. 12.* Quanquam autem præsens articulus nihil de læsione, aut verberibus, ex quibus nonnunquam causatur abortus, & partū mortuum ejiciunt mulieres gravidæ, agit, tamen *Goblerus* veterum Germanorum, Bojoariorum scilicet hac de re leges aliquas adduxit, & simul arbitratur, abortus plerōsq; ab hac causâ fieri, quando cum gravidâ, & tumidi ventris muliere concumbitur, ex quo contingit, partum propter coitum abigi, nimirum ex ardenti illâ coëuntium confricatione: quamobrem hujusmodi coitus inter innocentes non esse, sed extra ordinem fore plectendos existimat. Si Theologi piè & honestè de congressu cum menstruatâ differunt. Vide *Dn. Iohan. Gerh. tom. 7. loc. Theolog. c. 28. concl. 428.* Si licet Medicis honestè agere de partibus genitalibus, & mulieres nudas ostendere, ut tradit doctissimus *Iohan. Riolan. lib. 2. anthropolog. c. 30. p. 252. 253. & c. 33. p. 276. cum seqq.* Cur Jctis hæc, & talia honestè proponere esset prohibitum? Nec assentior *Cunrad. Rittersh. in jure Novellarum, part. 12. c. 5. num. 22.* simpliciter assenti vas seminarium honestè nominari non posse, & tamen illud ex aliis nominat vir ille magnus. Si hîc peccatulum, non culpo illum, sed puto ipsius modestiæ ascribendum esse. Si hîc ineptio, deliro cum *Erasmo Roterodamo*, qui eam partem corporis, de quâ nobis sermo, & cui ego jam *Timanthi* velum injicio, adeò stultam esse, & ridiculam putat, ut citra risum nec nominari possit. Vide *Eucom. Morie, p. (mibi) 12.* Inter ardua & rigida hoc jocofum interposui. *Andreas Alciatus* vir doctissimus, *Coras. 6. misc. 20.* maximi nominis Jctus *Menoch. de A. 1. Q. lib. 2. cent. 4. c. 363. Coras. 4. misc. 8.* non copiâ, sed elegantia, & dispositione omnium Judiciorum superior, *Fulv. Pacian. lib. 1. cap. 1. n. 11.* vir eximiæ eruditionis *Iohan. Gæd. in tract. de sequestr. in rubr. num. 5.* solebat inter eruditissimas suas lectiones fabellas proponere, & gravissimi, diviniq; Philosophi *Socratis* Musa seria jocis semper immiscebat, nec admodum excusandum hoc arbitror, quod interdum rebus seriis ac severis sales & facetias asperferim. Neque enim culpam commertus esse videor, & omnes elegantiores doctrinæ fautores huic amabili vitio veniam daturus omninò mihi persuadeo.

ARTICULUS CXXXIV.

Pœna medici, qui medicamentis occidit.

Ut boni viri, & prudentis non est objicere Advocato lapsum aliquem causæ; cùm in ejus motu & manu, positi non sint exitus, & victoriæ causarum, quibus patrocinator. *Iulius Paulus* (cujus sapientiam tanti fecit *Iustinianus*, ut nil supra, *Georg. Eberlin. de O. 1. c. 52. num. 20.*) ingenuè fatetur in *l. quasi ius est, 78. §. cum vir, 6. ff. de legat. 3.* se apud Prætorem fideicommissarium in causâ quâdam succubuisse. Et licet omnes penè interpp. existiment, sententiam illam penitus fuisse justam, doctissimus tamen *Cujac.* Prætorem malè judicasse statuit, *lib. 12. obs. c. 11.* Nonne inquit *Nevizanus*, hodie in aliquo modo dubiis causis justam senten-

tiam esse instar casus fortuiti? Vide *Abel. Strasbur. conf. 14. num. 1. conf. German. 1a. ob. Thomingii adfixis*. Hinc *Colerus*, & alii dicunt, quod fortuna etiam multum dominetur in jure, & judiciis, magnumq; sit litigare jure propitio. Confer *doctissime hac de re differentem Dn. Iohan. Kitzel. in eleganti Synopsi matrimoniali, c. 10. theorem. 1. d.* Ita etiam medico imputari eventus mortalitatis non debet, *l. illicitas, 6. §. futuri, ff. de offic. Præs. cum*

Non sit in medico semper relevetur ut aeger.

Quod tamen per imperitiam commisit medicus, meritò ei imputatur, *l. qui a-
etione, 7. §. ult. & l. seq. in princ. ff. ad L. Aquil. & §. imperitia quoq;, Instit. ad L. Aquilianam*. Hinc si ex medicamine, quod imperitus Medicus ad salutem hominis, & remedium perperam dedit, homo perierit, medicus ille non injuriâ quodam supplicio coercetur. Olim autem si honestior erat deportationis pœnæ subjugebatur, humilior autem capite plectebatur, ut patet ex *Julio Paulo lib. 5. sent. tit. 23. §. ult.* Vide *Gobl. hic in auctario, verb. ex eâ mortem*. Carolinâ autem sanctione arbitraria in hujusmodi medicum definita est pœna, *Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 5. num. 93.* Vide *Lud. Gilhaus. in arb. jud. crim. c. 2. tit. 12. de homicidio, n. 55.* Accidit, inquit *Arnold. Ferron. de reb. gestis Gallorum, p. (mihi) 253.* Ambasiæ, ut artifex quidam Cæsaris cubiculum, igne per aliquot loca immisso odoribus variis implere vellet, gratusq; reddere: at fumus immissus in cubiculum errore artificis, ni ei reliqui occurrissent, nocere potuisset Cæsari, qui eo sanè nomine perturbatus est. Rex totâ de re admonitus sese Cæsari purgans miserum artificem rapi ad supplicium jubet. Cæsar, artificis errore cognito, veniam ei multis precibus petit, qui se non venisse ad supplicia repræsentanda ajebat. In medico eo, cujus inexcusabili imperitiâ ægrotus perit, latam culpam dolo æquiparari dicit *Iohan. Coras. lib. 4. miscell. c. 2. num. 1. 2. 6.* quem omninò consule, ut & *Petr. Heig. 2. q. 26.* An infirmus inobediens Medico, item ministri & familia curam præscriptam non observantes, sed noxia infirmo exhibentes peccent? An medicus teneatur, si peritè quidem & dextrè Medicinam præscripsit, sed ingredientia sunt exoleta & adulterata? Vide *Andr. Gail. 2. obs. pract. 111. num. 25. 26.* Si quis verò Medicus sciens, prudens, sive consultò, sive datâ operâ nociva medicamenta præbeat, iisq; hominem enecet, is instar homicidæ, aut latronis punitur. *Remus* rotæ supplicium adjudicat, & post eum *Zieritz. & Steph. in fin.* referunt, pseudiatrum quendam, qui aliquot homines dolo malo per venenum sub specie medicinæ necaverat, lentis ignibus fuisse exustum. Num empirici, conceptis verborum, & precum formulis morbos curantes, in benè constitutâ Republicâ sint tollerandi? E Reipublicæ finibus exterminandos esse adfirmat *Herm. Lather. in tract. de censu, lib. 3. c. 21. num. 1. 2. 3. 4. 5. cum seqq. & omninò num. 51. 52. 53. 60. 61. 62. cum multis seqq.* Plura de medicis trado, ut hoc obiter moneam, *disc. Acad. 1. addit. 4. & in decad. conf. resp. 1. n. 108.*

ARTI-

C R I M I N A L I S.
ARTICULUS CXXXV.

115

Pœna semetipsum interficientis.

Sibi ipsi violentas manus inferre deterrimum delictum, & crimen gravissimum & detestabile est, ut eleganter tradit *Roland à Vall. vol. 3. conf. 20. num. 15. cum multis seqq.* & hac de re Ego copiosè ago in *horis meis subcisivis, disc. Acad. 1. concl. 26. & in decad. conf. resp. 1. num. 37.* quò me brevitas ergò remitto, vide *Prosp. Farin. de homicidio, q. 128. cum seqq. Ioachimium à Scepliz. in consuet. Brandeb. part. 3. tit. 5. §. 2. num. 4.* Qui tamen semetipsum interfecerunt, de iis vide *Sam. Mager. in nucl. histor. lib. 6. class. c. 10. p. 136.* Præsens articulus tria in se continet: I. Si quis in scelere deprehendatur, aut postulatus sibi manus intulisset, ejus bona non venire tunc ad hæredes, sed ad fiscum. II. Si verò quis id tædio vitæ, vel intemperantia doloris, luctusq; alicujus causa admiserit, non inquietabitur, sed ordinaria successio relinquitur. III. Improbatur consuetudo, cujus prætextu hæctenus bona illorum, qui ob mærorem aut morbum sibiipsis manus intulissent, fiscus & Magistratus arripuerunt & occuparunt, quæ dextrè *Gobl. Zieritz. & Steph.* explicant, & ego de iis egi citatis in locis. Vide *Tacit. & ibidem Lips. in notis, lib. 2. p. (mibi) 25. & in manud. ad Stoic. Philos. lib. 3. c. 22. 23. Dn. Reinh. Bachov. Echt. vol. 2. disp. select. 32. th. 5. D. verb. sui ipsius, & verb. qui occidendi animo, Herm. Goëhaus peric. 3. q. Acad. 23.* An cadaver magi, qui in carcere ante executionem conscientiam sceleris se interfecit, comburi possit? Vide *Berlich. p. 4. concl. 3. n. 99.*

ARTICULUS CXXXVI.

Si quadrupes pauperiem fecerit, vel hominem occiderit.

Qui feram bestiam genitali feritate præditam in ædibus suis habet, patiturq; , unde vitæ corporis periculum aliis sit metuendum, eam dominus removere tenetur. Quod si enim illa fera alicui nocuerit, damnum dederit, aut hominem occiderit, dominus idcirco pro conditione causæ, damniq; ratione pœnæ subjicietur. Placent, quæ tradunt hîc *Gobler. Remus, Zieritz. & Steph.* Plura desiderans adeat *Iust. Mejer. in Collegio Argentoratensi, lib. 9. Pandectarum, tit. 1.*

ARTICULUS CXXXVII.

Pœna latronum, sicariorum, assassinorum nullam sufficientem excusationem habentium.

Homicida voluntarius capite puniendus venit. Nihil enim horribilius, nihil abominabilius inter mortales inveniri potest, quàm sibi natura similem trucidare, ut latissimè deduxi in *Pentade meâ Consiliorum, resp. 1. q. 1. nu. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11.* Quæ pœna tam in nobili committente homicidium dolosum, quàm in plebejo locum habet, *Iul. Clar. lib. 5. sent. §. homicidium, nu. 18.* cum quo etiam concordat hic articulus, ponderando verbum, *Ein Jeder* *Ioach. Schreplitz. in prompt. jur. Klamm. tit. 45. §. 3. num. 2.* Nec transactio super homicidio destinata volunta-

te & dolo commissa valet, *Lath. de cens. lib. 2. c. 4. num. 36. 37.* Huc pertinentia tradit *Petr. Heig part. post. q. 24. num. 14. cum seqq. num. 42. & num. 65.* Videmus autem homicidium mitius, quàm latrocinium puniri, quia latro rota percutitur, *Gobler. hic, in auctario, Zieritz. verb. poena latronum.* Illud autem hoc loco notandum; homicidium dici committi per assassinium, quando fit interveniente pecunia, *Clar. §. homicidium, num. 11. Lud. Gilhaus. in arb. jud. crim. part. 12. §. 16. 17. p. 312.* Plura vide apud *Steph. hic, in fin. Philip. Camer. cent. 2. med. hist. c. 7. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 3. per tot. Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 3. nu. 14. Ern. Cothm. vol. 3. resp. 29. num. 34. cum seqq. lod. Damhoud. in praxi crim. c. 83. per tot.*

ARTICULUS CXXXVIII.

De homicidiis manifestis, ita tamen factis, ut poenam non inferant.

Regula fuit: Homicidium puniri ultimo supplicio: quæ patitur suas exceptiones, ut multis ostendit *Gobler. hic in auctario, verb. excusatur.* Et omnes illi dignissimi sunt, ut Anticyras navigent, & helleboro se purgent, qui ex unico scripturæ dicto: *Qui effuderit sanguinem hominis, morte morietur:* faciunt non tantum Lesbiam regulam, sed potius regulam regularum, & secundum hunc canonem quoscunq; homicidiorum casus, ineptè, imperitè, ne dicam impiè, rubrica sanguinaria satagunt notare, & jugulum hominis ab equino vel canino nihil differre sibi persuasum habent. Omnis è malè. Hujusmodi enim generalia, ut vulgò dici solet, non sapiunt practicum intellectum, vel, ut loquitur *Christ. Besold. 2. polit. 6. 19. p. 877.* faciunt quidem bonos discurrentes, practicos verò malos. Neq; verò regulas ita proponit Moyses, ut omnes ex variis causarum figuris quotidie promanantes exceptiones repudiet. Illud enim instituto ejus non convenit, nec voluisse Deum probari potest, *Iohan. Gædd. de contr. & commit. stip. c. 7. nu. 293. Bernh. Zieritz. in auct. not. ad Caroli V. Constitutionem criminalem, c. 150. verb. pro suo captu.* An ordinaria homicidii poena in extraordinariam mutari possit, si homicida benemeritus sit de Principe, aut Republ. aut excellens fuerit, ac celebris artifex? Vide *Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 3. num. 179. 180.* Notabile tradit *Thom. Metzg. conf. crim. 13. num. 10. p. 183. cum seq.* Ebrietas an & quando ab ordinaria legis Corneliæ poena & aliàs excuset, vel non? Vide *Dan. Moller. part. 4. ordin. & Constit. Saxon. 1. num. 10. Dn. Iohan. Eichrod. velit. Acad. 5. concl. 18. & concl. 38. Henr. Kornm. in comm. de lineâ amoris, c. 3. de convictu, p. 73. Sebast. Medic. in summâ peccatorum capitalium, q. 12. 13. 14. 15. 16. tract. de fortuit. casib. p. 1. q. 17. num. 5. 129. part. 2. q. 5. num. 41. Thom. Metzg. conf. crim. 8. num. 11. Herm. Goëhaus. peric. 6. q. Acad. 38. Plures allegat *Phil. Hæn. disp. 24. illustr. quest. 1b. 4. a.* Si quis moderamine inculpatæ tutelæ se defenderit, ab omni poena immunis est. Quare incipit Imp. materiam legitimæ defensionis exponere. Vide *Metzg. conf. crim. 8. per tot.**

ARTI-

Inculpatæ tutelæ excusatio.

Lex divina: Non occides: non solùm præcipit, ne alios interficias, sed etiam, ut te ipsum defendas, ac tuearis: quia nisi te defendas, efficis, ut hæc lex: Non occides: in propriâ tuâ personâ violetur. Nam vitam, quam tueri potes, tuâ negligentia amittis, & propterea damnaberis, sicut si te ipsum occidisses. Quomodo enim peccare dici potest, qui id facit, quod omni jure permissum? Latius explico materiam necessariæ defensionis *in meis horis subsisivi disc. Acad. 1. conclus. 8. cum multis seqq. usq. ad concl. 26. inclusive.*

A R T I C U L U S C X L.

Inculpatæ tutelæ descriptio.

Primò, ut quis sit telo lethali, ferro, lapide insultatus, seu in vasus requiritur, & quidem insultatus debet expectare insultum, & aliquem actum ab insultante, *Farin. in pract. crim. part. 4. tit. de homicid. 14. q. 125. num. 58.* primum tamen ictum insultatus expectare non tenetur, *Ego dict. disc. Acad. 1. concl. 17.* Deinde necesse est, ut quis ita sit insultatus vel aggressus, ut sine vitæ, corporisq; & famæ jacturâ ullâ ratione effugere & evitare periculum nequeat. Brevis igitur descriptio inculpatæ tutelæ, *Gobleri* placet: cujus moderamen esse dicit, neminem offendere, sed sese defendere. Cave tamen, ut hinc concludas, quem infamantem pro honoris famæq; defensione interficere posse, *Ego d. disc. 1. concl. 27.* vel insultatum fugere debere. Vide *disc. allegatū concl. 18.* Reliqua habet *Berlich. concl. 13. per totum, p. 4. Steph. hîc, Bernh. Zierit & hîc, verb. si etiam aggressorem occidat.* Quærit: An insultatus filius aggressorem patrem sine impietate interficere possit? Vide *me conclus. 15.*

A R T I C U L U S C X L I.

Probatio defensionis inculpatæ.

Non sufficit allegare defensionem, sed ea debet probari à reo causam allegate, si accusator dicat in libello accusatorio, quod reus dolosè, & violenter, vel perfidè defunctum occiderit. Non vulgaria hac de re tradunt *Zierit &* (ubi cum *Oldend. form. act. class. 7. in princ.* compilatores hujus constitutionis oscitantia alicujus, ac negligentia arguit) & *Steph. hîc,* qui omninò, ut & *Berlich. concl. 14. nu. 12. cum seqq. part. 4.* inspiciendi erunt.

A R T I C U L U S C X L I I.

Probatio cedis injustæ accusatori necessaria.

Hic articulus proponit exempla licitarum aggressionum; partim excessus illicitos contra factas aggressiones. Omni jure licet occidere adulterantem eum uxore & filiâ, *Huber. Giph. in disp. iust. in proœmio, p. 9. Bernh. Zierit & in notis hîc,*

verb. in adulterio cum uxore aut filiâ, p. 149. & c. 121. p. 159. & c. 139. verb. occidit, p. 145. Iust. Gobl. ibid. art. 120. in aucta. Matth. Steph. hic, art. 150. in init. Cunrad. Rittersh. in jure Iust. par. 12. c. 5. n. 2. cum seqq. Christ. Besold. 1. polit. c. 10. concl. 43. Val. Forst. de jurisd. Rom. fol. 148. Ioh. Ceph. lib. 3. conf. 305. per tot. Sic fur nocturnus impunè potest occidi. Eleganter Bern. Zier. hic, verb. aliòve gravi delicto, Ioh. Borch. de pact. c. 2. n. 11. 12. Dn. Henr. Bessel. vol. 1. diff. decis. 13. th. 2. Quod attinet excessus illicitos contra factas aggressiones, contra Magistratum, aut ejus ministrum exequentem resistendo se defendere non licet. Latè Prosp. Farin. de carceribus, lib. 1. tit. 4. q. 32. Unde officialis se defendentem occidens immunis à pœna, Zieritz. verb. ex officio necessitas, qui plura huc spectantia tractat, ut & Remus & Steph. hic. Vide verba hujus articuli teutonica, considera ea, & lege quoq; Goblerum, qui ea Latinè reddidit. Denique notorium, moderationem inculpatæ tutelæ certa regula comprehendi non posse, Confer Herm. Lasher. de censu lib. 2. c. 4. nu. 44. ubi se remittit ad alios de moderaminis inculpatæ tutelæ tribus requisitis, & defensor non habet stateram in manu, ut ad æquilibrium se tueri possit, ut trado Acad. disc. 1. concl. 16. Hinc rectissimè Franc. Patr. lib. 5. de instit. Reipubl. lib. 5. p. 188. ait: Multa nonnunquam fiunt per iram, quæ deinde sedato animo eos, qui egerunt, in cœrore afficiunt.

ARTICULUS CXLIII.

Homicidium sine testibus.

In hoc articulo Imperator noster arduam illam quæstionem Cæsareâ decisione indigentem proponit, sed non decidit. Quomodo nimirum puniatur ille, qui defensionem prætensam probare nequit? Is non torquendus, sed à pœna ordinaria simpliciter absque tortura absolvendus, & extra ordinem puniendus videtur; ut est communis opinio, Thom. Ferret. in 5. cautel. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 55. Panormit. in c. auditis, num. 23. ext. de præscript. Matth. Coler. part. 1. decis. 156. num. 1. cum seqq. Hart. Pist. obs. sing. 125. num. 3. Hinc in terminis elegantissimè scribit Iodoc. Damhoud. in prax. rer. criminal. c. 77. num. 29. Quoties duo inter se pugna conflictantur seorsim, ac semoti ab omnibus testibus, nempe nemine vidente, quorum alter incontaminatæ est famæ, alter verò minimè, benefamatus autem dicat, quicquid actum est, id à se factum esse ob necessariam defensionem sui, quod aliter docere nequit, nisi suo juramento, quod pro veritatis certitudine præstare offert, profectò juramentum hoc ipsius benefamati acceptabile est Judici, cujus gratia & illibati nominis causâ à Judice absolvetur indemnis. Æquum enim est, ut boni nominis sinceritas bono sit patrociniò, & ut nigri nominis macula famoso sit detrimento, num. 30. & seqq. tradit memorabilia. Semper enim in mitiorem partem recedendum est in dubio. Imò monentur Judices in criminali Constitutione Carolina, art. 13. ut in puncto casualis homicidii, vel inculpatæ tutelæ à quæstionibus abstineant, & reo defensionem priùs concedant, etiamsi appareat, non justam esse defensionem, Bernh. Zieritz. d. art. 13.

d. art. 13. Ideoq; idem Zieritz *hic*, cum Imperatore nostro totum hoc arbitrio Judicis committit, ita tamen, ut verum maneat, quod nemo ratione dubii sit condemnandus, *Matth. Steph. hic*, consentit, ut & *Matth. Berlich. p. 4. concl. 15. num. 6. & sequentibus*. Inveniuntur autem excellentissimi Jcti, qui torturæ præsentem reum subjiciendum esse autumant, inter quos non infimum locum obtinent, *Johan. Fichard. Teutscher Rahtschlage/cons. 119. num. 5. 9. Nicol. Boër. decis. 164. Wittenbergenses & Lipsenses Scabini*, ut videre est ex *Consult. Saxon. lib. 1. part. 4. q. 20. & q. 59. num. 1. lib. 2. part. 4. q. 51.* & ego plures allego in *Pentade cons. 1. nu. 45.* Non enim nudæ occisoris assertioni in hoc statur, si dicat, se ad defensionem occidisse, sed tenetur illud probare; per tradita à *Thom. Metzger. cons. crim. 3. num. 4. 10.* Ideo *Johan. Zanger. de tortur. c. 2. num. 157.* hæcce formalia usurpat. Confessio rei asserens, se ad defensionem interfecisse, facit indicium, ut sub tormentis interrogandus sit, an dolosè, vel ad defensionem occiderit? Etsi enim confessus sit cum qualitate, attamen cum contra hanc est præsumptio legis, Judex hac confessione ita movetur, ut nihil aliud superesse videatur, quam per tormenta veritatem exquirere. Et sanè si simplici assertioni rei accusati standum esset, nemo est, qui non videt, hac qualificata confessione pœnam homicidii facilè illudi posse, & *c. 1. num. 82.* egregius practicus *Zangerus* his verbis utitur: Excusari non debent à tortura nobiles & Doctores, si homicidio commisso, de quo constat, vel ex confessione eorum, vel aliunde, prætendant, sed id fecisse ad sui defensionem, quam testibus probare nequeunt, maximè quando de animo deliberato, aut cogitato occidendi appareat ex conjecturis & indiciis, quæ in unam quasi urnam colligit *Jacob. Menoch. lib. 2. de A. I. Q. cent. 4. cas. 361. nu. 17. usq; ad finem, & lib. 5. de præsumpt. præf. 38. & duabus seqq.* Etenim cum exploratum sit, reum necesse, hocq; delictum, ut & cætera, dolo committi à lege præsumantur, *l. si non convicii, C. de injur. c. 1. de præf.* & hanc ob causam, si reus non probet, se sine dolo id commisisse, puniatur pœnâ ordinaria. Hæc *Zang. n. 83. confer n. 84. 85.*

ARTICULUS CXLIV.

Defensio adversus fœminam.

Defensio quidem contra mulierem probatu difficilior est, quam contra virum, *Steph. hic*. Possibile tamen est, quod Hecuba quædam, seu virago virum effœminatam, ad repellendam vim cogere possit, *Virgil. lib. 12. Æneidos* Juturnam appellat:

Hoc concussa metu mentem Iuturna virago.

Vide *Zieritz. hic*, verb. *quamvis non facilè, & verb. mulier naturâ ferox, Gobl. in auctario, & Arnold. Ferron. de reb. gest. Gallorum, p. (mihi) 240.* testis est, quod mulieres ipsæ, pice, aquisq; calidis, & ferventibus admotis mœnia scandentes viris admixtæ ita virorum officio functæ sint, ut re infecta multis cæsis redire coacti sint. Sed & à mulieribus virili habitu dimicantibus extorta hosti duo vexilla. Confer *Æn. Syl. c. 7. historia Bohemica:*

Sed

*Sed neq³ fulvus aper mediâ tam saevus in irâ est,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes.*

Fœmina quàm. ———

*Ovid. lib. 2. de art. amand. Plura trado in decad. cons. resp. 1. num. 15. Hinc quoque
Virgil. lib. 2. Æneidos canit :*

Notum quod furens, quid fœmina possit.

De Hipsicratea uxore Mithridatis, quæ tonsis capillis equo se, & armis assuefecit, *Val. Maxim. lib. 4. tit. de amor. conjug.* scribit, & legitur in Francia de Johanna puella, quæ tempore Caroli VII. Francorum Regis, purgavit Franciam Anglis, & communiter dicitur de quadam vetula Carcasta, quæ sola defendit civitatem Carcastone, & inde civitas illa Carcastona è prædicta vetula nomen assumpsit. Quod si quæ tali animo, audaciaq; mulier virum mollem adeat, lædat, occidat; ad hoc facit præsens articulus. Mulieres nonnullas in viros evasisse testatur, *Marcell. Donat. lib. 6. de medic. histor. mirab. p. 602.*

ARTICULUS CXLV.

Si defendens se tertium occiderit.

Si quis in justa & legitima ipsa defensione præter voluntatem suam alium quempiam punctim, cæsumq; sive lapidis, sive reli jactu occiderit, à pœna excusandus, scilicet *L. Cornel. de sicar. non L. Aquiliæ, l. scientiam, 45. §. qui cum alter, 4. ff. ad L. Aquil. Gobl. Steph. hic.* Quod etiam obtinet, licet tertius ille mediator se præbuerit, maximè si aliter se defendere, aut mortis periculum evadere non potuit, *Zieritz. hic, verb. à pœnâ excusandus.* E contra si quis Antonium interficere vellet, lapsus in persona, Martinum occidit, quem Antonium putabat, tenetur pœna legis Corneliæ de sicariis, *Thom. decis. 38. num. 6. & seqq. Matth. Berlich. part. 4. concl. 10. num. 4. & 10. cum seqq. Hier. Treutler. 2. disp. select. 32. sb. 6. & ibidem acutissimus Ictus Dn. Reinh. Bachov. Echt. a.* Quia dolus in genere, itemq; animus occidendi adfuit. Memini ego, quendam nobilem, qui commiserat hujusmodi homicidium, à Juridica Facultate Academiae Lipsensis ordinaria L. Corneliæ pœna condemnatum, licet tres Facultates Juridicæ planè contrarium consulerant. Vide de hac materia *Eberh. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 2. & dissentientes allegat Phil. Hæn. quest. cont. disp. 24. concl. 4. a.* Sed quid? si quis volens occidere hominem, inimicum suum, & in eum ictum direxit, sed forte fortuito ab eo aberravit, & non alium hominem, sed equum, vel aliud animal occidit, quomodo puniatur? Pœna ordinaria plectendus videtur, sed contrarium decidit *Berlich. d. concl. 10. n. 17. 18.* qui mihi placet. An, qui mandat tantum vulnerari, secuto homicidio, teneatur etiam de occiso? Vide *Herm. Goëhaus. peric. 6. q. 37.*

ARTICULUS CXLVI.

De homicidio casu, nec occidendi animo facto, extra moderatam tutelam.

Disponit

Disponit Carolus V. quod excusetur ab homicidii poenâ, qui non dolo, neq; datâ operâ, sed casu homicidium fecit, quod declarat exemplis, quæ rem valdè illustrant. Et latius hac de re ago in *Pentade meâ conf. 1. num. 14, 15. cum multis seqq.* Adrastus Phrygius vibrato in aprum jaculo, non illum, sed Atym, filium Cræsi, Lydorum Regis adeptus interemit, cui ipse Cræsus Rex, quod imprudens fecisset, pepercit. Huc pertinet Henrici II. Regis Gallia, exemplum in hastiludio nuptiali à Gabriele Mongemerio, custodia Regiæ Præfecto, truncati. *Abrah. Busholc. in Chronolog. p. (mibi) 606. Jacob. August. Thuan. decus Gallia, nostri seculi Livius, ut vocatur ab Herm. Lathèr. de censu, lib. 1. c. 1. nu. 21. & illum valdè commendat laudatus Christ. Besold. in signis temporum, diss. 1. passim.* Notandum tamen casum improvisum cum casu fortuito malè confundi, ut trado *d. conf. 1. num. 32.* Nam in casu improviso non semper, aliquando culpa, sed minimè in casu fortuito esse potest. Homicidia fortuita, vel casualia apud Græcos exilio voluntario punita esse tradunt ex *Homero Alciatus lib. 1. disjunct. c. 17. & lib. 2. c. 2. παρέρχων, Gobl. hic, in auct.* (ubi & alia non negligenda adducit) & ego tradidi *d. conf. 1. n. 82.* An casuale homicidium committens se purgare possit juramento, & ita ad ejus præstationem is admittendus sit, quæstio dubia est? Regulariter homicidam casualem, vel prætendentem inculpatam tutelam ad juramentum non admitterem purgatorium per tradita à *Zanger. in Oratione subjèctâ tractatui de tortura reorum, ubi ex professò tradit, juramentum, quod ab accusatis exigendum quidam putant, contumeliosum esse in Deum, ad Reipublicæ & ipsius jurantis salutem non pertinere, præsertim cum præsentis hoc seculo juramentum etiam super teruncio falsissimè deponatur. Facti enim sumus contemptores Dei, & religionis. At juramentum non est deferendum alicui, ubi Judex præsumere potest, quod jurans abjuraturus sit, & non debet dari materia dejerandi, & juramentum petens ab eo, quem scit falsum juraturum, deterior homicidâ est, quia homicida corpus tantum occidit, ille autem suam, & jurantis animam, quod plus est. Hinc Augustinus ait: Ille, qui hominem provocat ad jurationem, & scit, eum falsum esse juraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imò duas animas, & ejus, quem jurare provocavit, & suam. Scis verum esse, quod dicis, & falsum esse, quod ille dicit, & jurare compellis? Ecce jurat, ecce pejerat, ecce perit. Tu quid invenisti? Imò & tu periisti, qui de illius morte te satiare voluisti. Imò, si videtur, quem velle jurare falsum, tenetur remittere juramentum, aliàs gravissimè peccat, & dicunt alii loco juramenti torturam succedere, Emer. à Rosbach. in pract. crim. tit. 5. c. 6. n. 12. 13. 14. 15. 16. Franc. Cason. de judic. & tort. tract. 10. c. 4. n. 12. 13. 14. 15* Interdum tamen circumstantiæ ita comparatæ sunt, ut casualis homicida se purgare possit juramento. Quod etiam admittit ipse *Zangerus, & pleno cornu id ipsum deduco d. conf. 1.* Si culpa casum præcesserit, & homicidium committatur, non debet illud esse impunitum, *Steph. hic.* Cæterum, an dolo, an culpâ homicidium sit commissum, etiam

Q ex ge-

ex genere armorum constituitur. Nam si baculo quis percusserit, & secuta mors est, percutiens non præsumitur animum occidendi habuisse, *Vigel. c. 7. reg. 1. excep. 2. repl. & dupl.* Sic percutiens aliquem parvo gladiolo præsumitur id animo non occidendi fecisse, *Menoch. 5. præf. 2. n. 26.* Lapidem in aliquem conjiciens, & ipsum interficiens animum occidendi in dubio habuisse non præsumitur. Idcoq; nõ ordinariâ pœnâ puniendus, *Dan. Moll. 1. sem. 33. n. 1. loh. Harpp. in tract. crim. ad §. item lex Cornelia de sicariis, Instit. de publ. judic. n. 43. & seqq.* ubi argumenta contraria solvit, quem videas, ut & *Lud. Gilhaus. in arb. jud. crim. c. 2. tit. 12. num. 46.* Percussio in capite, an semper puniri cum istâ qualitate animo occidendi debeat? Vide *Zilett. tom. 2. conf. crim. 99. 100.*

ARTICULUS CXLVII.

Dubitatio de morte vulnerati.

Hunc articulum notis illustrarunt doctissimis *Gobler. Zieritz. & Steph. hic,* qui, si cum Judicio legantur, nihil ego desidero, nisi nimis delicatus videri velim. Sed cum ævum hoc nostrum sanè doctum, delicatum, subactique Judicii est, ut *Paulus Merula,* cujus laudes expressit *lohan. Kirchn. in Orat. de obitu ejusdem,* ait, *in præfat. Cosmograph. præfix.* & in quo pueri nasum Rhinocerotis habent, vulnerum materiam tractant *Sebast. Medic. de fort. casib. part. 2. q. 2. Hier. Treutl. volum. 2. consil. 103. per tot. & Bartolus de percussionibus* scripsit tractatum, quos Dd. tibi, Lector, licet adire. Vulnus mortale quale dicatur, & quando mors ex vulnere, vel aliunde probetur subsæcuta, & quæ sint partes in corpore hominis, in quibus vulnera illata sunt lethalia, vel non; & an in hoc Judicio medicorum standum? Confule *Nicol. Boër. dec. 323. per tot. Pross. Farin. de homicid. q. 127. tit. 14. p. 385.* Vide *artic. 59. concl. 1. & Speckh. cent. 3. class. 2. q. 13. Lud. Gilh. in arb. jud. c. 2. tit. 12. num. 56.* Libero homine vulnerato, vel membro aliquo debilitato peti actione L. Aquiliæ potest, quod minus ille ex operis suis propter damnum illatum habiturus est, tum etiam impendia pro curatione facta, proindeq; etiam merces medico data, vel adhuc danda; ut latè trado *disc. Acad. 7. concl. 11. secundæ editionis.* Digito debilitato, utrum membrum dicatur debilitatum? Vide *tom. 2. conf. crim. à lohan. Bapt. Zilett. collect. conf. 10. num. 1. cum seqq.* Alapa gladio repelli potest, & si eo ictu vulneratus occiderit, de occiso non tenetur, *Bald. Ang. Mar. Solom. in repet. legis ut vim, 3 ff. de iust. & iur. num. 8. vers. hinc omnium.* Dans alapam officiali, qui est in officio, vel in Syndicatu, quâ pœnâ puniatur? Vide obiter *Martin. Dobberg. in repet. jur. vo. e. alapa. Von Wunden die nicht Weinschröckig oder Tödlich seyn / an admixtum pertineant imperium? Consulendus Iust. Mejer. Coll. Argent. lib. 48. tit. 2. concl. 17.* Si quis aliquem absque sanguinis effusione fustibus percusserit, vel crines ejus, vel barbam expilaverit, decem libras ei, cui injuria illata est, per compositionem impendat; Judici verò viginti libras persolvat, *de pace tenendâ, & ejus violatoribus, tit. 27. vers. si quis aliquem, lib. 2. F. Lud. Gilhaus. in arbor. jud. crim. de injur. c. 2. tit. 34. §. 8. num. 16.*

C R I M I N A L I S.
A R T I C U L U S C X L V I I I.

123

Pæna homicidii in rixâ commissi.

Hunc articulum Gobl in auctario, Zieritz in notis, & Steph. hîc, dextrè & doctè explicuère, ad quos, ut & Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. per tot. Thom. Metzger. cons. crim. 3. per totum grata brevitas ergò me remitto. Huc pertinent quoq; ea, quæ tradunt Prosp. Farin. lib. 4. var. quest. de consultoribus auxiliatoribus p. 410. cum seq. Lud. Gilhaus. in arb. judic. crimin. c. 2. tit. 12. num. 13 14. cum seqq. Eberhard. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 1.

A R T I C U L U S C X L I X.

De cadavere occisi ante sepulturam inspiciendo.

Consulendi & hîc sunt prædicti Commentatores, ubi non contemnenda tradunt. Vide notata ad artic. 33. concl. 4. An verò Judex possit ex officio cadavera mortuorum eruere è sepulcris ad ea inspicienda, cum præsumptio sit defunctum mortuum esse ex vulnere, aut veneno? Vide Georg. de Caped. part. 1. decis. 16. num. 174. per tot. Vulneris inspectio pertinet ad eum, cujus est jurisdictio territorii. Unde qui in alieno territorio vulnus inspicit, jurisdictionem alterius violat. Consultissimus Dn. Barth. Volcmar. amicus meus singularis, de jur. princip. c. 14. n. 12. Hîc in fin. tangit Zieritz. vulgarem illam questionem: An cadavera occisorum & punitorum ad anatomen concedi debeant? Adfirmativè respondeo cum Matth. Berlich. part. 5. concl. pract. 48. num. 24. 25. Quia in anatomicis dissectionibus non perfunctoriè, nec dicis causâ, sed ex suis principiis medicinæ scientia cognoscitur, & hac inspectione in conservandis & curandis vivorum corporibus medici peritiores fiunt. De necessitate anatomicæ doctrinæ in exercendâ medicinâ vide Ioh. an. Riolan. lib. 1. anthropographia, c. 1. p. 27. de anatome antiquitate, ortu & progressu, c. 2. p. 30. 31. cum seqq. Publica itaq; utilitas hîc versatur, quæ licet ad alterius injuriam pertineat, redarguenda tamen non est, l. quod Reipubl. 33. ff. de injur. Muscorn. de jurisd. num. 51. ubi ex Bald. in l. fin. C. de exec. rei judic. & Bart. in l. fin. §. fin. de pign. act. 2. Quia cuivis petenti cadavera ad sepulturam concedi debent, l. fin. ff. de cadav. punit. & ibi Wes. in paras. & Judex peccat mortaliter, hoc si deneget, Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 2. §. 1. verb. il. confisq. num. 8. Bald. in c. §. injuria, de pace jur. firm. Cur igitur medicis concedi non debeant, ut honesta sepultura eis contingat? 3. Quia prodest hæc inspectio ad considerationem admirandæ sapientiæ architecti & opificis. 4. Quia & aliàs illis nullus honor debetur: Nam antequam necarentur, servi pænæ erant, & insepulti abjici, vel in furca, aut cruce relinqui potuissent, l. capitalium, 28. §. fin. ff. de pæn. Eberh. Speckh. in. cent. 1. q. 8. Franc. Ripa in tract. de peste, Curt. num. 38. Decius nu. 17. Valasc. n. 17. Sapia num. 11. ad l. imperium, h. tit. Chassan. d. l. Clar. lib. 5. recep. sent. §. ult. q. ult. Gomez. 3. var. resol. c. 14. nu. 9. ubi ait; Universitatem à Carolo V. Imp. super hac causa consultam, Anno 1550. ita respondisse Eman. Zoaretz. in addit. ad Gomez. d. loco, lit. C.

Fach. tom. 2. contrap. lib. 13. c. 17. Waldeck. de furt. q. 53. Wesenb. d. loc. ubi ait, ex sola Principis, nō etiam inferioris autoritate id fieri posse, idq; in praxi observari, ait Bertachin. in repert. suo, verb. cadavera. Cæterum Menoch. de arb. judic. quest. cas. 185. num. 10. 11. 12. Judicis arbitrio rem committat, ut is pro sua prudentia familiæ conditionem & dignitatem perpendat, an talis sit, ut illa reluctante cadaver anatomix tradendum non sit, vel tradendum, si vilis sit familiæ, & deploratæ conditionis. Tutius tamen erit Principis voluntatem perscrutari, Menoch. & Clarus dd. loc. Diss. Calefatus, ut refert Muscorn. d. loc. Quid verò si anatomicus cadaver ad anatomem, cognati verò ad sepulturam petant, quis in hoc concursu erit potior? Eâ de re inter Anatomicum quendam, & adulteræ decollatæ maritum disputatum, & maritum obtinuisse meminit Henr. Nebelk. de mero imperio, concl. 55. An vivum hominem secare, sit necessarium, & liceat? In utramq; partem Iohannes Riolanus lib. 1. anthropol. c. 10. p. 69. cum seqq. id disputat. Sed nefas illud attentare. Cur enim honores suos ita prostituat Medicus, ut carnificis munia velit obire? Speckh. cent. 1. q. 7. Si in confinio cadaver occisi reperiat, ad quemnam cognitio spectet? Vide allegatos Dd. à Matth. Berlich. in decisionibus aureis, decis. 62. per tot. Dn. Ioh. Harpp. in §. omne autem jus. 12. Inst. de I. N. G. & C. n. 8. cum seqq. & elige sententiam, cui dicas: Tu mihi sola places. Mea sponsa mihi placet, dicens, jurisdictionem sumere eum Magistratum, cujus in territorio capite incumbit homo interfectus; cum caput non solum principalior, dignior, & nobilior sit pars corporis; indeq; sedes animæ rationalis, & memoriæ atque sapientiæ à nonnullis dicatur, sed & per faciem homo cognoscatur, proindeque non rarò pro toto homine accipiat: licet Dn. Henr. Bocer. de regalib. c. 2. num. 148. & alii aliter sentiant. Vide Eberh. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 10. & q. 11.

ARTICULUS CL.

Enumeratio aliquot homicidiorum extra culpam & pœnam.

Cum doctissimo Zieritzio hîc, quid allegatus articulus 121. huc faciat incipiens adulterii. Item, si maritus alteri, &c. mediusfidius non animadvertere possum. Si Diogenes cum lucerna veniret, non posset id ipsum videre, Goblerus, Remus, & Stephanus hunc errorem non correxerunt. Ego planè mihi persuasum habeo, compilatores hujus constitutionis allegare debuisse, artic. 142. Quod attinet proposita exempla de iis d. art. 142. art. 138. art. 139. art. 136. actum. De furioso homicidium, vel aliud quoddam delictum committente postea agemus, & hi quidem nominati casus omnes & singuli plures habent distinctiones, atque differentias, se vel excusandi, vel non excusandi, quod prolixum fuerit hoc loco perscribere ac declarare, possetq; vulgus in errorem & offendiculum ista trahere, si omnia in constitutione hac comprehenderentur. Proinde, si quando hujusmodi causarum rerumq; talium quippiam coram Prætoribus & Judicibus ventilantur; à Jctis, aliisque in locis consiliū capiant, nec ipsi sibi singulares aut proprias nullius

nullius

nullius legitimæ rationis regulas, seu consuetudines in his decernendis statuant juri adversantes, veluti nonnunquam in publicis Judiciis huc usq; factum, *Gobl. hic.* Tandem gravis Imperatoris admonitio ad Judices adnectitur, quam tanquam Cynosuram in causarum criminalium decisionibus observent, & ego *ex Zieritz. hic, c. 150. verb. accurata diligentia, summa prudentia,* & aliis ex locis hoc inculco *in operis meis subcisivis secunda editionis, disc. Acad. 1. addit. 12.*

ARTICULUS CLI.

Exceptionis probatio qualis.

Legatur hic articulus teutonicus, versio Latina, tam Gobleriana, quam Remiana, & Zieritziana unâ cum notis, & res erit salva. Adde *Matth. Steph. hic.*

ARTICULUS CLII.

Articuli concludentes.

Nihil quoque desidero præter notata à *Zieritz & Steph. hic.*

ARTICULUS CLIII.

Rei cautio circa defensionem.

Notis *Zieritzii & Stephani* nihil placet addere. Mentionem tamen faciam alicujus præjudicii de reo ad exceptionis probationem se offerente, quo in casu de sumptibus in litem faciendis ante omnia cavere debere; *Dd. in l. eum, quem temerè, 79. ff. de judic. Anton. Hering. de fidejuss. c. 5. num. 253.* Recordor C. P. Anno 1617. pronunciasse in causâ arduâ criminali O. contra B. *Daß der eine Angeklagte / che / vnd bevorn er ad exceptionem innocentie probandam verstatet wurde / den Herrn Anklagern damnorum & expensarum ratione caviren solle vnd müße.*

ARTICULUS CLIV.

Rei paupertas.

Cùm reus adeò pauper est, & cautionem quoque præstare nequeat, idcirco ne innocens capitis pœnam luat, Judex ex officio debet inquirere, expensis Magistratus loci, quod summa suadet æquitas. Eleganter *Gobl. hic, in auctario, Zieritz. verb. summa. Anton. Hering. d. c. 5. & d. num. 253.* Imò paupertas plerumq; bonæ mentis soror, & non de genere malorum, ut remissivè trado *disc. Acad. 3. concl. 18.* Videatur *Ios. Nold. de stat. nobil. c. 23. nu. 14.* Quis autem pauper dici debeat, vel non? Vide *Zieritz. hic, c. 154. verb. adeò pauper, & c. ult. verb. paupertatem.*

ARTICULUS CLV.

Absentis & damnati defensio.

Magistratus ex officio fugitivum homicidam per publicum affixum editum citare debet, & ipsi absentis terminus peremptorius, isq; congruus, intra

quem citatus comparere, & se defendere possit, præfigendus est, tot. tit. ff. & C. de requir. reis, & per ea quæ tradunt Iul. Clar. in §. fin. præct. crim. quest. q. 31. per tot. Iod. Damhoud. in suâ præx. crim. c. 13. num. 4. cum seqq. Decian. vol. 1. cons. 18. num. 98. cum aliquot seqq. Farin. de inquis. lib. 1. tit. 1. q. 11. num. 37. usq. ad num. 45. Quando verò non compareret, quæ contra absentem porrò procedendum sit? eleganter deducit Sigism. Wittum. cons. crim. 5. num. 3. 4. & per tot. Sic acta In Sachen Hessischen F. Anklägers / an einem / Entgegen A. V. B. Peinlich Beklagten testantur, Weils derselbe in des Herrn Rentmeisters Behausung einem andern studioso J. S. ohn einige Ursache / nur auß lauterem Muthwillen / mit einem spitzen scharpffen Pock oder Dolchen / ein sehr tieffe tödliche Wunden / nahe an sein Herze gestochen / darüber endlich den 11. Tag Octobris / Anno 1599. der Bewundter todts verfahren / vnd A. V. B. nach zugefügter Wundverletzung vnd Beschädigung außgetreten / vnd gleichwol Reipublicæ interest, daß solches begangenes Vbel vnd Mordthat gestraffet werde / als hat Fiscalis Amptswegen / vnd / auff empfangenen sonderbaren Befehl / eine Ladung per edictum an A. V. B. zu erkennen / vnd dieselbe Ladung ad valvas curiæ öffentlich anzuschlagen / ihnen darein zu citiren / auch einen nahmhafften Tag zu erscheinen darein zubestimmen gebeten / welche den 16. Tag Augusti / Anno 98. erkandt. Den 4. Tag Octobris, ejusdem Anni Fiscalis reproductiret / die erkandte vnd öffentlich angeschlagene Ladung / vnd weils auß Ursachen der Flüchtiger sich nicht hat einstellen können / damit dann solches keine Nichtigkeit gebehren möchte / So bittet er andermalige edicta citation, welche erkandt / aber in angesetzten Termin ist A. V. B. nicht erschienen. Dahero Fiscalis dess. lben Ungehorsamb in besser Form Rechts anklaget / bittet ihn pro contumace zu erklären / vnd in die Gerichtskosten zu verdammen / auch eine andere / vnd arctiorem citationem zu erkennen / darauß dieser Bescheid den 8. Tag Decmbris / Anno 98. publiciret / daß Beklagter / seines nicht Erscheinens halber pro contumace zu erklären / auch arctius zu citiren sey. Mittwoch den 24. Tag Januarii / Anno 99 reproducta fuit arctior citatio, damit er aber der gebühr darauß fernere verfahren müge / so bittet Fiscalis den Gerichtsknecht zu befehlen A. V. B. dem Gebrauch / vnd Herkommen des Gerichts nach / zu ruffen / Welches geschehen / aber er hat sich nicht eingestellt / darumb Fiscalis gebeten / ihn in die Gerichtskosten zu verdammen / vnd arctiorem citationem zu erkennen / darauß erkandt / daß B. seines beharlichen Ausbleibens vnd Ungehorsambs halber nochmals pro contumace zu erklären / vnd des wegen in die auch heutiges Tages verweilte Tagwartungsvnkosten zu verdammen / vnd demnach arctius per edictū drittemals zu citiren sey. Sed fugitivus & facinorosus homicida non compareret. Ideoq; tandem Fiscalis petit in manifestissimam contumaciam litem pro contestatâ, die Klage pro confessatâ, vnd die Sachen vor beschloffen anzunehmen / vnd den Beklagten / als fugitivum & contumacem in die Mordt vnd Landacht / auch alle vnd jede

jede

jede expensas zuverdammen. Conclusum, & sequens lata sententia. In der Peinlichen Rechtsfertigung zwischen Fürstlichen Höflichen Fiscalen/Anklägern/ an einem vnd A. V. B. auß der Slesien/ Beklagten/ am andern Theil/ Nehmen Richter/ vnd Scheffen des Hohen Peinlichen Halsgerichts/ die Sach in puncto contumaciæ vor beschloffen an / vnd erkennen auff die vorbrachte Anklage/ vnd die drey vnterschiedne offene Ladungsbrieffe/ desgleichen alles anders Mündliches Vortragen vnd gethane Rechtsätze zu recht/ daß B. seines vielfältigen Ungehorsams halben / pro contumace in die Mordacht zu erklären/ vnd seine Güter/ so viel deren vorhanden vnd anzutreffen/ zu annotiren seyn. Wie denn Richter vnd Scheffen ihne den Beklagten pro contumace, vnd in die Mordacht erklären / vnd verdammen/ von Rechtswegen. Publicat. Marburg/ den 2. Tag Martii/ Anno 99. Nullum autem dubium est, bannum decerni posse contra reum fugitivum, ad citationem Judicis non comparentem, & quidem super delicto flagranti, ut multis persequitur *Petr. Theodor. in coll. crim. disp. 11. th. 4.* An autem fugitivi homicidæ bona rectè annotari possint? Vide *Zieritz. h. c. verb. si quis. Thom. Meizg. de torturâ, concl. 27. cum seqq.* ubi ad hanc materiam non inutilia tradit. Si quis autem in carcerem, seu vincula conjiceretur, qui antea in latronum bannum incidisse declaratus esset, uti quibusdam in locis consuetudo, & usus habet, & in carcere suam excusationem se deducturum offerret, is, non attento, quod jampridem latronum interdicto damnatus, seu proscriptus esset, certâ deductione, seu purgatione concessâ ac præfixa ad id admitti debet. Verba sunt *Gobleri h. c.* *Zieritz. h. c. verb. omninò admittendus*, cui adde, quæ tradit *Zieritz. c. 206. verb. si profugerit, Steph. h. c.*

ARTICULUS CLVI.

Rei ante incarcerationem defensio cum salvo conductu.

Si reus, antequam in vincula mittatur, delictum suum jure velit defendere, hoc ipsi non est denegandum. Sunt, qui se offerunt Judici innocentiam suam freti: sunt qui conscientiam stimulo adacti se ipsos puniendos exhibent. Tanta est vis conscientiam in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ob oculos versari putent, qui peccarint, *Cicero pro Milone*. Reo contra vim injustam dari debet salvus conductus, tum ad veniendum, tum ad recedendum: *Sicher Bleidt zu vnd abe*. Plurima hac de re trado in *de cad. meâ Consiliorum, cons. 6. q. 5. num. 38. cum seqq. multis*. Qui verò salvum conductum impetrare satagit; prius de Judicio sibi cautionem præstare debet, *Zieritz. h. c. verb. contra vim injustam*.

ARTICULUS CLVII.

De furtis, quàm varia eorum genera, & pœna sint, & primò de furto levissimo, nec manifesto.

I. Speciales distinctiones, & cautelæ hîc traduntur, quas Judex de furto cri-

ro cri-

to criminaliter iudicaturus ob oculos ponit, neq; enim propter vagam casuina varietatem æqualis sententia omnibus facti speciebus sine enormi iniquitate applicari potest. Quando furtum primum simplex, parvum, hoc est, infra quinque florenos committitur, tunc fur aut manifestus est, de quo agitur *art. seq. 158.* aut non. Si posterius, rursus aut solvendo est, aut contra. Isto casu ad dupli præstationem, si modò non effracturam, neque adscensum fecerit, parti læsæ, hoc verò in pœnam deficientis dupli, vel simpli ad carcerem cum religiosâ de non offendendo promissione, & ad simpli restitutionem à Judice condemnabitur, & hoc casu fur è carcere non dimittitur, nisi alimentorum nomine, & si quid pro more recepto publicis ministris debetur, satisfecerit; quippe cum hujusmodi fur de suo alendus, & incarcerandus est sine Magistratus, & accusatoris sumptibus. Pessima igitur consuetudo invaluit, ut minimarum etiam rerum fures morte plectantur, & ita eripitur id, quod nunquã mortalibus reddi potest, *Franc. Patric. de instat. Reip. lib. 3. p. 86.*

2. De distinctione furti in manifestum, & non manifestum agit *Zieritz. hic, verb. nec deprehendatur.* Disputant Dd. circa hunc locum, quinam, & quales intelligendi sint solidi? quorum Imp. Fridericus Barbarossa, & ita primus, non secundus, *Kitzel. de privil. stud. thes. 1. in usibus feudorum, §. si quis quinque solidos, 6. de pace tenen.* (quem §. alii de furto seditioso exaudiunt, *Hieron. Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 39. Henr. Bocer. class. 4. disp. 1. th. 92.* Ego tamen in contrariam transeo opinionem. Nam, præterquam, quod verba ipsa *d. §.* non de violatore pacis, sed simplice loquuntur fure, etiam distinctio quantitatis, quâ Imp. utitur, facit, ut ad crimen pacis publicæ, quippe quod per se capitale est, trahi nequeant, *arg. tot. tit. ff. & C. ad L. Iul. de vi publicâ*) non mentionem facit, quorum loco Carolus V. florenos substituit. Multi solidum pro asse, seu grosso Misnico, alii pro aureo usuali accipiunt. Vide *Nicol. Boër. decis. 327. num. 1. 2. 3.* Et quamvis certi quid hac in re facile statui nequeat, cum apud diversos Impp. diversisq; temporibus varius fuerit solidi valor, putarem tamen ego, quantum in re dubiâ conjicere licet, tale monetæ genus notari, quod aureo (Ungarico) respondeat, ut pro viribus severitas pœnæ mitigetur, & in odiosâ materia favorabilior interpretatio admittatur, *l. interpretationem. ff. de pœn. §. ult. Inst. de pœn. tem. litig. l. penult. & ult. ff. de in jus voc. l. 5. ff. de his, qui effud. vel deiec. Confer l. quotiescunq; C. de suscep. præpos. & arc. Dan. Moller. 1. semestr. 37. Sneid. Inst. de donat. §. 2. num. 2. Wesenb. par. ff. donat. num. 6. A. & par. ff. de furt. num. 15. Bernh. Wurmbf. lib. præct. obs. tit. 49. de V. S. obs. 11. Treutl. vol. 2. disp. 19. th. 6. c. Iacob. Alem. in palest. consult. conf. 8. quæst. princ. 1. part. 9. pag. 430. cum seqq. Steph. hic, artic. 160.*

ARTICULUS CLVIII.

De furto manifesto primâ vice commissio.

Jam & si fur in prædicto primo furto quinque florenos non excedente, antequam ad suam custodiam perveniat, deprehendatur, aut vociferationem, seu

seu tumultum excitaret, neque tamen id furtum faciendo, patrandoque cum telò fuisset, fregisset, seu adscendisset, tale quidem manifestum furtum est, & gravat omninò furem dictus tumultus, seu vociferatio, in tantum quidem, ut fur publico maestro, seu infami torqui impositus virgis cædatur, eiq; ditio interdicator, *Gobler. hic.* Inprimis verò domino rem ablatam, aut æstimationem, si tantum habeat, fur restituat, nec non cautionem præstet, de carcere non vindicando. Si verò fur sit ejus conditionis, ut vitæ aliqua emendatio sit speranda, cum Judex, Magistratus tamen consensu quæsito, civili aliqua, seu pecuniaria mulcta afficiet, ita etiam, ut quadruplam parti læsæ restituat, & cætera superiori & præcedenti articulo adducta observentur, *Zieritz. hic, & in notis, verb. si fur sit ejus conditionis, & c. 159. verb. pro conditione, & statu personarum, Steph. hic.* Vide de hac materia *Thom. Metzg. cons. crim. 3. n. 1. cum seqq.*

ARTICULUS CLIX.

Furtum violentum ascensu, aut effractione perpetratum.

1. Si fur animo resistendi armatus domum ingressus fuerit, vel ascensio, vel effractio accesserit, tunc simpliciter non considerato, an primum, an leve, an diuturnum & nocturnum, manifestum vel occultum furtum sit, masculus laqueo, fœmina aquæ suffocatione è medio tolletur. Ergone igitur severius fœminæ, quàm viri puniendæ? Vide *Zieritz. hic, verb. mulier pœnâ suffocationis.* Est tamen in Judicis arbitrio, gravibus de causis mortis pœnam remittere, & aliam corporalem satis acerbam, ut puta excœcationem, manusq; præcisionem furrogare, *auth. sed novo jure, C. de serv. fugit. & ibi Dd. comm.* Vide *Gobler. hic, Matth. Stephan. hic.*

2. An pœna ultimi supplicii, sive strangulationis furto proportionabilis, & justa sit? Negativam defendunt multi, quos allego *in meis subcisiivis, secunda editionis, disc. Acad. 1. concl. 12.* quibus addo Calvinianum Theologum *Iohan. Piscat. in præf. Analys. in Exod. Thom. Lans. de L. Regiâ, concl. 89. Thom. Morum in Utopiâ, lib. 1. p. (mihi) 56. cum seqq. Acutissimum Philosopho-ICTum Reinh. Bachov. Echt. in notis ad Treutl. part. 2. disp. 30. th. 3.* Magnus JCtus, & Politicus verò *Dn. Christoph. Besold.* divinatur; *Friderici II.* (Vide notata *ad artic. 157. concl. 2.*) Imperatoris posteros forsan illustrissima dignitate subitò eam ob causam excidisse, quod duas de furto & venatione duriores tulerit leges. Est enim certè Deus mirabilis in operibus ac judiciis suis. Nos putamus; crescentibus delictis, crescere etiã pœnas, & in tanta, inquit *Philippus Melanchthon,* allegatus hîc à *Goblero* primùm, & postea quoque à *Zieritzio,* audacia hominum nostrorum aliæ pœnæ furti præter capitales prorsus irriderentur. Ideò etiam, si gentes mansuetiores habuerunt mitiores pœnas, tamen nostris, (inquit) hominibus propter barbariem opus est durioribus pœnis. Vide *Dan. Moller. 1. semestr. 37.* Quondam Lacedæmone furari ingenuis adolescentibus permissum erat, Athenis nihil minus: ut commemorit

Sadoletus lib. 2. de laudibus Philosophiæ. Hæc *Goblerus*; Vide *Phil. Camer. cent. medit. 64.* & contraria opinio, scilicet eorum, qui nolunt ullos fures pœnâ capitali affici, sed suis cogitationibus decepti colla hujusmodi profligatorum hominum laqueis eximunt, eosq; ab ultimo supplicio absolvunt; in fures intempestivè benevola, cum lege nos clementiores esse non oporteat, & postquam lex est condita, judicandum est secundum ipsam, non de ipsâ. Ego *disc. Acad. 3. concl. 36.* & in plurimas gentes, hujusvè legis latores, summos mundi Monarchas, injuriosa est, qui imperii proceribus, & præstantissimæ literaturæ viris stipati non temerariè, sed præmeditato consilio, req; prudenter examinâtâ, pœnam strangulationis furto præstituisse præsumuntur, licet forsitan rationes, quibus commoti sunt; præcisè demonstrare non possimus, per tradita à me *disc. Acad. 3. concl. 19.* Æquitas quoque hujus legis & pœnæ apparet quoq; propter furti qualitatem, quæ ita comparata est, ut æquè ad violationem societatis humanæ, Reipublicæq; perturbationem, quàm alia graviora vergat delicta. Nec quicquam facit lex Mosaica, quæ furem quadrupli, & quintupli restitutione coërcet, *Exod. 22. v. 1.* & quam adhuc, tanquam ex sacro ore prolatam, strictè observari debere urgent. Quia non moralis, sed forensis est; at legibus forensibus Christiani non obstringuntur, nisi expressè, vel tacitè in N. T. confirmatæ sint. Ego *discurs. Acad. 8. concl. 11.* Lex enim & Moses usque ad Johannem, *Luc. 16. v. 16.* at Lex de pœnâ quintupli & quadrupli non legitur confirmata in N. T. Ergo &c. Taceo, quod nec in V. T. in perpetuâ mansit observantiâ, sed progressu temporis judicio seniorum exaggerata est, ita ut fur postea septuplum, & omnem domus suæ substantiam tradere coactus sit, *Proverb. 6. v. 31.* quo in casu furem, qui solvendo non fuit, in servitutem morti propter miseriam suam meritò comparandam, *arg. l. 209 ff. de reg. jur. detruserunt Exod. 22. v. 3.* Imò & capitaliter in Vet. Test. in fures animadversum esse patet ex *2. Sam. 12. v. 5. Exod. 22. in pr. Ios. 8. v. 29.* Ex quibus omnibus liquet, quid de contrariâ opinione; de furibus non suspendendis, & pertinaci ad legem divinam provocatione statuendum sit. Et ita mecum sentiunt *Tyraq. in tract. de pœn. in præfat. num. 16. & seqq. Covarr. 2. var. resol. c. 9. num. 2. Menoch. de A. l. Q. q. 96. num. 14. 15. 16. Myns. cent. 2. obs. 30. Farin. de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. q. 17. num. 7. 8.* Videndus *Balth. Meisn. in Sobriâ Philosophiâ. sect. 2. q. 3 per. 108. Helff. Vlr. Hunn. in Colleg. crim. disp. 1. concl. 54. 55.* Sed quid, si fur, rupto laqueo, in terram ceciderit vivus, an adhuc strangulandus? Affirmat *Hieron. Treust. vol. 2. disp. 30. th. 38.* ubi quoque dicit, damnatum ad supplicium capitale non liberari per puellam cum in matrimonium petentem. Videatur *discursus meus Academicus 1. addit. am. 12.*

ARTICULUS CLX.

Furtum quinq; solidorum, sive majus.

Ubi furtum simplex quidem, & primum est, quinque tamen solidis seu florenis exæquatur, tunc consideratâ re, damno, personâ, loco, manifestum sit, nec

nec ne, aliisq; circumstantiis pœna judici relinquatur arbitraria, quæ, requisiti-
to ante prudentum consilio, ad ultimum supplicium porrigi poterit, *ibi: an Leib-
oder Leben/ Georg. Rem. in suâ Paraphrasi hîc, p. 153.* Regulariter autem fustigatio &
relegatio furi pro primâ vice dicitur, *Coler. decis. 144. num. 4. nu. 20. part. 1. quem
allegat Steph. hîc. Sigism. Wittum in decad. cons. resp. 10. num. 1. cum seqq.* Ardua hîc, &
anceps occurrit quæstio: an quemadmodum quis pro tribus parvis furtis (etiâ
diversis in territoriis perpetratis, *Gometz. tom. 3. var. resol. c. 5. n. 8. Christ. Waldeck.
de furtis, q. 43.*) ita pro uno magno, sive enormi furto, quod tribus parvis æqui-
polleat, in malam rem agi, atque suspendi debeat? Quod negandum putamus,
quia pœna mortis ob solam reiterationem & frequentiam, non verò propter
magnitudinem furti imponitur, *l. capitalium, 28. §. solent, & §. grassatores, de pœn. l. 3.
in fin. C. de Episcop. aud. l. servos, 8. §. viles, & ibidem Dionysius Gothofr. a. 1. C. ad L. lul. de vi
publ. l. 3. vers. si plures, de re milit. l. 1. de jur. patr. l. quicumq;, C. de serv. l. 2. C. de superexact.
l. 2. C. de primicerio, l. 3. C. de domest. & protect. l. fin. C. de com meat. quæ ratio finalis ces-
sat in unico furto magno, & nunquam posset cognosci, quodnam furtum di-
cendum esset magnum vel parvum, si pro omni furto pœna capitis imponere-
tur, *Waldeck. de furtis, q. 42. Clar. in §. furtum, num. 9. Harpr. in tract. crim. ad §. pœna
manifesti, Inst. de obl. quæ ex q. delict. nasc. num. 51. & seqq. Menoch. 2. arb. jud. quest. c. 295.
num. 9. Petreus in thes. concl. crim. concl. 45. Farin. de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. q. 23. num. 1.
Nicol. Boër. decis. 173. nu. 9.* ubi refert quendam evasisse periculo mortis, qui com-
miserat furtum mille ducentorum ducatorum, eumque tamen pro uno furto
fuisse punitum.*

ARTICULUS CLXI.

Furtum iteratum.

Cum secundâ vice sine armis, & effracturâ quis furatur, & utrumq; fur-
tum quinq; florenis minus est, tam manifestus, quàm occultus famoso ignomi-
niæ palo alligari, & exactâ de non offendendo cautione, vel in exilium mitti,
aut districtui illi perpetuò mancipari debet. Quod si verò illa furta pretio suo
quinq; florenis non respondeant, eadem, quæ in *artic. precedente*, obtinebit juris
dispositio. An committens in aliquo loco furtum, & repertus sine auriculis ex
eo sufficiens inducatur præsumptio, quod duo commiserit furta? Negatur.
Quia in criminibus, in quibus imponenda venit pœna mortis, non sufficit pro-
tio præsumptiva, sed requiritur vera & liquida demonstratio, *l. sciant, 25. C. de
prob. l. singuli universiq;, judices, C. de accus. l. 1. §. illud, ad SC. Syllan.* Imò abicissio atri-
um sufficit ad hoc, ut fur interrogetur de aliis furtis, & quibus in locis
illa commiserit, ut Judex reddatur certus, & possit mittere
literas requisitorias ad ea verifi-
canda.

Pari ratione is, qui tria aut plura commisit furta, quia violatori pacis publicæ æquiparatur, & famosus dicitur, qui tunc habere creditur consuetudinem furandi, *Marq. Freh. de fam. c. 9. nu. 7.* sine controversia pro more cujusvis regionis vita mulctari debet, *Farinac. de furt. q. 167. num. 50. & num. 80.* Vide *Iohan. Grivell. in Dolano S Cto decis. 94. per tot.* Ad hunc ternarium autem numerum suppleendum, ut ex eo crucis pœna imponi possit, furta illa tantum supputantur, quæ re, tempore, & loco distincta sunt, & propterea, etiamsi multæ res simultaneo, vel successivo tempore ex uno, pluribusve locis auferuntur, unicum furtum esse censetur, *l. eum qui, §. idem dicit, & ibi glos. in verb. sed non totum, ff. de furt. Ang. in auth. sed novo jure, num. 5. vers. item si interpolatis, C. de serv. fugit. Farinac. de furtis, q. 167. num. 72. & seqq. Covar. var. resol. lib. 2. c. 10. num. 8.* An fur, primo furto, & secundo punitis, vel ex indulgentia Principis remissis, ob accedens tertium furca possit suspendi? Affirmatur. Quia is, qui bis, aut ter perpetrasse convincitur, pœna constituta in tales delinquentes tenetur, *l. servos, §. viles autem, C. ad L. Jul. de vi publ.* nec requirunt leges aliquam punitionem, sed frequentiam & reiterationem delinquendi. Quia grassatores, qui spoliare instituerunt, si hoc sæpiùs fecerint, capite puniuntur, *l. capitalium, 28. §. solent, 3. & §. grassatores, 10. de pœn.* Quia iste, qui duo jam commisit furta, omninò videtur incorrigibilis, id eoq; propter illam furandi consuetudinem, quam in alteram mutavit naturam, meritò corporali pœna extinctiva est afficiendus: in primis cum sine dubio iudici vitæ correctionem promiserit, & ei sit mentitus. Computantur itaq; duo priora illa furta, non ad puniendum, sed ad aggravandum, *Clarus in §. furtum, n. 16. Sich. ad auth. sed novo jure, C. de serv. fugit. Menoch. 2. arb. jud. quest. casu 295. nu. 19. Bonifac. in tract. de furt. §. fin. num. 39. Farinac. de inquis. lib. 1. tit. 1. q. 6. num. 1. & 2. idem de del. & pœn. lib. 1. tit. 3. q. 23. num. 8.* An cadavera suspensorum possint deponi, & sepulturæ mandari, an verò in patibulo necessariò sint relinquenda? Prius iure civili inspecto affirmatur. I. Quia corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum deneganda non sunt, si modò id à Principe fuerit petitum & permissum, *l. 1. de cad. v. punit.* & corpora animadversorum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt, *l. corpora, 3. eod. l. ult. de cad. pun.* & obnoxios criminum digno supplicio subjectos sepulturæ tradi non vetamus, inquiunt *Impp. Diocletianus & Maximianus in l. 11. C. de relig. & sumpt. fun.* II. Quia omnibus de peccatis suis puram pœnitentiam agentibus communitio in fine danda est, & cadavera eorum ad Ecclesias sunt deferenda, *c. questum. 13. q. 2.* & qui pro suis sceleribus puniuntur, eorum cadavera sine Psalmis ad sepulturam deducuntur, *c. placuit, 23. q. 5.* III. Quia cadavera punitorum insepulta relinquenda non sunt, *Psal. 79. Deut. c. 21. v. 22. & 23.* Cadavera punitorum sub vesperam diei terræ mandari debere dicitur, quia maledictus Deo est, qui pendet in ligno. IV. Quia

IV. Quia

IV. Quia ex omnium gentium moribus inhumanum atque impium habitum fuit, corpora defunctorum inhumata relinquere, *Wes. in Oecon. suâ, ad tit. ff. de cadav. punit.* V. Quia in terra illa spectacula mulieres gravidæ sæpius visu incurunt, cum ad vias potissimum patibula collocari soleant, *Gilhaus. in arb. c. 2. tit. 27. num. 44. Bonifac. in tract. de furt. §. furtum, l. num. 16.* Hodie tamen secundum consuetudinem Germaniæ suspensorum cadavera non sepeliri, sed ad exemplum in furca relinqui solent, ut & conspectu alii deterreantur ab iisdem facinoribus, & solatio sit ipsis dominis, cognatis, & affinibus furtorum pœnas redditas esse, *l. capitalium, 28. §. famosos, de pœn.* An vestes furis pertineant ad carnificem? *Waldeck. de furt. q. 54 Zieritz. hîc, c. 204 vers. carnifici ejusq. ministris.*

ARTICULUS CLXIII.

Circumstantia furtorum atrociores.

Improbiores sunt fures, qui ex incendio, naufragio, ruina, & qui ex balneo aliquid surripiunt, nec non qui aratrum, aut alia instrumenta agricolarum furantur, præsertim ubi tempus hujusmodi instrumenta requirit, *Zieritz. hîc, verb. quancocunq.* De abigeorum pœna vide *Prosp. Farin. tit. de furt. q. 167. n. III. 117. 109. & Dn. Iohan. Hering. in eleganti tractatu de molendinis, q. 37. num. 7.* ubi quædam raræ, nec obviæ eruditionis adfert de furibus molendinariis, & balneariis, *per tot. de sacculariis & sectoribus zonariis (Beutelschneidern/* cujusmodi homines sceleratissimi Francofurti, Lipsiæ, Naumburgi, & alibi in nundinis versari solent, & vel magicis artibus, vel ratione illicita ex alienis sacculis pecuniam subducunt, vel sacculos cum pecunia manu subtrahunt, *Cujac. 10. obs. 27. allegatus à Iohan. Wolfgang. Aux de jure monetarum, concl. 163.)* tradit quoq; *Hier. Treutl. vol. 2. disp. 30. e. & h. agit de spoliantibus aratra, de quibus Berlich. part. 5. concl. pract. 49. num. 1. 2. cum seqq.* quoque non ineleganter disserit.

ARTICULUS CLXIV.

De furibus impuberibus.

Qui simplicis pubertatis annos nuper excesserunt, non facilè gladii pœnam, aut aliam duriorē corporis extinctivam subeunt. Quicunq; verò vel plenæ pubertati proximi, vel eadem majores, iis, si atrocitas delicti jubeat, si malitia ætatem suppleat, vel consuetudo delinquendi in alteram naturam ita sit commutata, ut nulla melioris frugis spes superfit, ordinaria pœna est infligenda, ut eleganter tradit *Dn. Iohan. Eichrod. vel. Acad. 4. concl. fin.* Videndus ego *Decad. Responsorum secundæ editionis, conf. 5. num. 50.* consulendi *Steph. hîc, & artic. 179. num. 1. 2. 3. & 4.* dicit, cum senectus sit altera adolescentia & pueritia, nonnunquam propter ingravescentem ætatem pœnam mitigari, *Waldeck. de*

furtis, q. 48. Zieritz. hîc, & 6. 179. verb. etatis infirmitate.

COMMENTARIOLUS
ARTICULUS CLXV.

Expilata hereditas, res amota.

Hunc articulum sat eruditè explicant Zieritz & Steph. hic. Non tamen Magistratus & Judices ex officio hoc nomine accusare & condemnare possunt, Ant. Fab. lib. 9. tit. 19. defin. 1. & 2. Plura habet ad hunc articulum pertinentia, Iust. Mejer. in Coll. Argent. lib. 47. tit. 19. concl. 1. cum seqq. & lib. 25. tit. 2. concl. 1. cum seqq.

ARTICULUS CLXVI.

Qui fame, & frigore coactus cibum, vestes, & similia furto abstulerint.

Eleganter de hoc articulo differunt Gobl. in auctario, Zieritz & Steph. hic. Mihius puto cum illo fure agendum esse, qui necessitatis tempore, & extremâ pressus inopiâ edulia vel cibaria furetur. Necessitatis enim tempore omnia sunt communia, l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jactu. tum quia necessitas est ingens telum nulli subjectum legi. Imò nulla durior mors homini contingere potest, quàm fame perire.

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis;

Ast periisse fame res una miserrima longè est.

Hæn. disp. 18. th. 10. ubi dicit, hanc sententiam communem esse omnium Canonistarum, & Theologorum, Hackelm. disp. 23. th. 4. Wesenb. in parat. de furt. num. 15. Iust. Mejer. lib. 47. concl. 23. Treutl. vol. 2. disp. 30. n. 3. h.

ARTICULUS CLXVII.

Furtum circa fruges, fructusq.

Consultantur Gobl. Zieritz & Steph. hic, Berlich. part. 5. concl. pract. 53. nu. 9. & seqq. Hinc non adeò inconvenienter quæritur: An rectè faciant belli Duces, qui milites suos in castris degentes propter rem parvi admodum pretii, puta aliquot poma decerpta, vel uvas ex hortis, vel vineis ablatas pœnâ hac capitali animadvertunt, & illos, lite nullâ contestatâ strangulant? Vide Hunn. d. disp. crim. 1. conclus. 65.

ARTICULUS CLXVIII.

Fures lignarii.

Videantur Gobl. Zieritz & Steph. hic. Hæc ex iis roborantur, & plenius cognoscentur, quæ sub rubricâ arborum furtim cæsarum tractantur in Pandectis. Consule Iust. Mejer. in Collegio Argentoratensi, lib. 47. tit. 7.

ARTICULUS CLXIX.

Fures piscarii.

Omniò inspicere notata hic à Zieritz & Steph.

ARTI-

CRIMINALIS.
ARTICULUS CLXX.

135

Furtum rei commodatae vel depositae.

Confer hinc Zieritz & Steph. Matth. Berlich. part. 5. concl. 57. num. 21. Helffr. Vir. Hunn. d. disp. crim. 1. concl. 36. 37. 63. Sic qui pecuniam civitati debitam subtrahit, furti tenetur, Iacob. Alem. in palest. consult. 2. p. 59. Latissimè Matth. Berlich. part. 5. conclus. pract. 57. per tot. Confer omninò Christ. Besold. in discurs. politico, de erario publico, c. 7. concl. 3. p. 164. Vide obiter de furto literario quale sit, & à quibus commissum, Eberh. Speckh. cent. 1. q. 88.

ARTICULUS CLXXI.

Sacrilegium.

Nolo exscribere, quæ habent Gobler. Zieritz. & Steph. hinc, & mirum in modum placent. Sacrilegium in tres dividitur species, videlicet in furtum rei sacræ è loco sacro factum, in furtum rei sacræ è loco privato factum, & furtum rei privatae è loco sacro factum. Eleganter Eberh. à Speckh. cent. 1. q. 82. n. 5. 1. 2. 3. 4. 6. Qui clericum pulsat sacrilegus dicitur, l. 10. C. de Episc. & Cler. Iohan. Georg. Becht. de salvo conductu, sh. 221.

ARTICULUS CLXXII.

Pœna sacrilegii.

In sacrilegos etiam Ethnicos severè animadversum esse tradit Gobler. artic. 173. in auctario, p. (m:hi) 187. Videantur quoque Sam. Mager. in nucl. histor. lib. 1. c. 29. p. 136. Ant. Guevar. in horol. Principum, lib. 1. c. 23. 88. 89. Phil. Camer. cent. 3. medit. histor. c. 3. Notatu dignissima tradunt Zieritz. Steph. hinc, Thom. Metzger. cons. crim. 2. p. 61. n. 13. 14. Harpp. ad §. item lex Iulia peculatus, Inst. de publ. judic. num. 11. Pœnâ sacrilegii est extraordinaria, id est, nova ex constitutionibus, & semper capitalis. Sacrilegi quippe pro qualitate delicti, vel ad bestias damnantur, vel vivi exuruntur, vel furcis suspenduntur, vel perpetuo exilio mulctantur, vel aliâ capitali pœnâ ex consilio Jctorum afficiuntur, l. 4. §. 2. l. sacrilegii, 9. & l. hac lege, 10. in fin. ff. ad L. Iul. pecul. Bonif. de furt. §. 5. n. 26. Decian. in prax. crim. lib. 6. c. 34. Damhoud. in prax. rer. crim. 6. 111. n. 5. 6. Clar. lib. 5. sent. §. sacrilegium, n. 3.

ARTICULUS CLXXIII.

Effractores Gazophylacii.

Non contemnenda, sed omni laude dignissima traduntur à Zieritz. Steph. hinc. Non adeò expeditum; an conatus actui proximus ultimo supplicio sit puniendus? quod voluerunt Goblerus & Remus. Non autem sacrarum eleemosynarum arcæ effractori præcisè rotæ pœna (quæ ex jure Saxonico originè suam trahit, Matth. Coler. decis. 152. Vide Ioach. à Scheplitz. in prompt. juris, tit. 45. §. 7. b.) infligenda, sed ratione circumstantiarum habitâ nonnunquam laqueus sufficit.

ARTI-

COMMENTARIOLUS
ARTICULUS CLXXIV.

Sacrilegium circa res minores commissum.

Si quis res sacras minoris pretii, utpote ceram, candelabra, linteamina, & alia ejusdem generis sine ascensione, & effractione, aut res privatorum depositas ex æde sacrâ abstulerit, hæc sacrilegia, ex circumstantiis differentibus, rectè distinctis & expensis, eâdem pœnâ plecti debent, quæ in furtis rerû purè profanarum superiùs est ostensa. Minùs tamen misericordiâ judicamus hos, qui res sacro loco, quàm illos, qui alio quid furantur.

ARTICULUS CLXXV.

Personarum accurata consideratio.

Non minùs in hoc sacrilegii crimine, quàm aliis furtis, & delictis circumstantiæ perpendi debent, ut famis necessitas, ætatis imbecillitas, consilii inopia, similesq;. Quæ si legitimè probatæ, prudentis Judicis est, eas pronunciando attendere.

ARTICULUS CLXXVI.

Pœna & cautiones eorum, à quibus vis metuenda, & de eorum custodia.

Si quis propter minas alicujus, præsertim qui minas suas executioni mandare consuevit, si ab eo metuit, agere potest, ut sibi de non offendendo caveatur, quod fit, vel fidejussoribus, aut pignoribus, *Stephan. hic.* Imò & juratoria admittitur; si reus pauper, vel fidejussores, vel pignora habere nequit, modò bonæ famæ. Quod si reus non caveat, urgeat tamen necessitas, & periculum quasi ob oculos versetur, ob id carcere tamdiu detinendus est, quousque satis sufficienterq; fuit cautum, *Steph. hic.* Quod si propriis sumptibus se nõ possit sustentare, actoris erit de præstando lictoris salario, & captivi alimentis satisfacere. Ceterùm si actor tantum non habeat in ære, Magistratus sumptus ferat. Aliàs si captivus sub ejusdem, aut alterius Magistratus jurisdictione tantum habeat, unde sumptus necessarii possint desumi, ipsemet eos ferre cogetur, *Gobl. Zieritz. hic.*

ARTICULUS CLXXVII.

Pœna ope, consilioq; juvantium.

Si quis malefactori ad exercendum facinus, seu delictû sciens prudensq; malitiosè auxilium aliquod suppetias, & adjumentû, quocunq; id nomine appelletur, præstat, criminaliter puniatur. Sed, ut prædictum est, aliter alio in casu. Itaq; Judices in hujusmodi casibus cum informatione facti, & quæ pœna corpori, seu capitalis infligenda sit, ut supra ponitur, consultare debent, *Gobl. & Zieritz. hic, in auctario. & respectivè notis, verb. pœna ope consilio juvantium, item sciens, eadem pœna casuum diversitas, quibus omninò addendus Iac. Menoch. lib. 2. de A. I. Q. cas. 349. per tot. Steph. hic, n. 1. 2. 3. 4. 5.*

ARTI-

Pœna delicti attentati.

Conatus plectendus est, voluntas scilicet patrandi maleficii, mediis tamen aliis impedita. Cogitationis pœnam quidem nemo patitur, l. 18. ff. de pœn. *Se dancken seyn Zolffrey*. Eleganter *Petr. Gregor. Tholos. in Synt. jur. univ. lib. 30. c. 2. n. 7. & lib. 24. c. 12. num. 13. Iohan. Schepl. in Prompt. iur. Klamm. tit. 45. §. 6. num. 5.* ubi dicit, in foro hoc verum esse, secus de jure poli. Vide *Dn. Cunrad. Dierer. in Analys. Evang. Dom. 6. post Trinit. par. 1. doct. 6. Dn. Ioh. Himm. in Postill. Acad. Dom. 19. post Trinitatis, p. 758. Bart. Tag. tract. crim. part. 2. n. 1. & 2.* recenset historiam Sultani Solini Solimani, Turcarum Tyranni; cum Deus solus, & nemo aliàs, ne Diabolus ipse, cognoscere, & videre cogitationes nostras & cordis latebras possit. Eruditè *Philip. Cam. cent. 1. c. 57. & cent. 2. c. 2. med. hist. Phil. Comin. lib. 3. de bell. Neopol. p. 901.* Sed conatus pœna est, *Iust. Gobler. Matth. Steph. hic in auctario. Conferendus Zach. Viet. top. diss. 6. concl. 25. cum seqq.* Qui igitur cogitat, & agit, sed non perficit delictum, qui puniendus est? Hic attendendum, aut quis ad actum remotum, aut ad proximum accessit. Priori casu, si cum telo hominis occidendi causâ incessit, sed nondum vulneravit, vel impeditus, vel pœnitentiâ ductus, punitur extra ordinem, secus si ad actum proximum accessit, ut qui hominem animo occidendi vulneravit, tunc delictum habetur pro expleto, & perinde punitur, ac si delictum perfecisset. Sed, universali consuetudine inspectâ, pœnâ capitali conatus non punitur, ut statuunt *Dd. allegati à Steph. hic, n. 2. in fin.* id quod probant etiam *Constitutiones criminales imperii, hic art. 178.* Quæ tamen consuetudo in atrocioribus criminibus, puta læsæ Majestatis, proditæ, & expugnatae patriæ, assassini, veneficii, Sodomiae cum similibus, quæ naturali, & civili jure damnatur, locum non habet, in quibus impeditur conatus, etiamsi effectus non fuerit subsequutus, *Steph. hic, nu. 3. 4. 5.* ubi ex *Bodino lib. 4. de Repub. c. ult.* refert ejus rei memorabile exemplum. Sic in seditionis crimine solus conatus sufficit, etiamsi effectus non sequatur, *Valen. Voltz. conf. 2. de inquisitione, n. 155. 156. & ad L. Corn. de sicariis, g.* Quod tamè in levioribus criminibus non procedit, *Cujas. 15. obs. 25. Bernh. Zieritz. hic, verb. pœna delicti attentati, & verb. etiam extremo supplicio.* Vide *Dom. Card. Tusch. concl. pract. 544. verb. conatus non punitur, nisi sequatur effectus, Dn. Iohan. Harpp. Inst. de publicis judiciis, §. item lex Cornelia de sicar. 5. num. 131. cum seqq.* De pœnis eorum, qui facinus in proprium corpus tentarunt, sed nondum perpetrarunt, consulendi *Sneid. in §. Juris precepta, Inst. de Iust. & Iur. & in §. religiosum, num. 9. Inst. de R. D. Zieritz. hic, c. 135. Reusn. in tract. de test. part. 2. c. 52. Claud. de Battand. in prax. crim. reg. 70. Meno. h. de A. l. Q. lib. 2. cent. 3. cas. 284. Gramm. dec. 44. n. 4. Ioh. Eichrod. de suis ipsius homicidio, t. 25. Iohan. Copp. lib. 1. pract. obs. 3. num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Benst. ad l. admonendi, 1179. ff. de jurejur. An in furto conatus puniendus? Tu cogit. Vide *Matth. Berlich. par. 5. concl. pract. 44. num. 68. 69. cum seqq.* An conatus adulterii puniendus? Vide *Guid. Panciroli. lib. 2. rer. memor. tit. 2. p. 188.* & quoque consule alios, præsertim considera hodiernam Ger-*

maniae consuetudinem; quã plerisque in locis adulteria, etiam si perpetrata, capite non puniuntur. An conatus assassinii puniendus? Vide *Lud. Gilh. in arb. jud. par. 1. c. 6. §. 17. n. 5. 6. 8. p. 313.* An incendiarius propter affectum & effectum pœnã ordinaria afficiendus? consulendus *Berlich. d. part. 5. concl. 24. n. 41. cum seqq.* An in crimine Sodomiae solus affectus sine effectu? consule *Kitzel. in Synops. matr. c. 3. Theor. 1. k. in fin. Iust. Mejer in Colleg. Argentorat. lib. 48. tit. 5. concl. 26.*

ARTICULUS CLXXIX.

Delinquentes per ætatem, aut furorem.

Pueritiam, seu impuberes ferè cum mente captis comparant, *Gobler. hïc in auctar.* Sed vide notata *ad art. 164.* ubi remissivè trado, quomodo per ætatem delinquentes puniendi. De furiosis, qua pœna illi afficiendi plenè agere possem, & furoris plures sunt species, ut videre etiam latissimè est *ex Prosp. Farinac. part. 1. fragm. crim. in voce furoris, n. 218.* confer *1. Samuel. 21. v. 13. 14.* Furoris species quoque perhibetur esse, si quis amore capitur, *Harpp. in §. 1. Inst. de inoff. testam. n. 21.* sed memor mei propositi, ultra septa mihi non placet transilire, ut proverbialiter loquar. Non tamen intermittere possum hïc casum proponere, quem (proh dolor) in principatu G. contigisse mihi retulit F. G. D. Mater quædam ex pura putata melancholia, sive atra bile, quæ pestifera est, & sæpè alienationem mentis inducit, non suam tantùm, sed & liberorum vitam sibi acerbam putans, in puteum tres dejecit filias, & ita eas interfecit, postea se quoq; præcipitem dedit in eundem, & salva & incolumis est extracta, & carceri mancipata, deinde quæsitum fuit, qua pœna esset afficienda? J. Cui L. capitis pœnam, sed D. G. & D. H. mediam viam elegerunt, & mitiorem pœnam dictarunt, & quidem ex hac causa, quod avia & mater ipsius fuerint valdè melancholicæ, & forsan hic morbus tanquam hæreditarius derivatus in hanc peccatricem. Solent enim melancholici semina ipso materno sanguine & lacte non rarò quasi per traducem transmitti, ut tradit *Responsum Iuris in ardua quãdam & gravi causã concernente processum quendam contra sagam nulliter institutum, q. 2. p. 41. n. 236.* Vide omninò *Petr. Forest. lib. 30. obs. medic. 12. & 13.* de hac melancholica materia absq; ulla melancholia disifferentem, & allegatos *Dd. à Petr. Heig. part. 2. q. 38. n. 20. 21. cum seqq. multis.* Propositum, & lacrumis deplorandum casum quod attinet: Ego matrem prædicto modo delinquentem non absolvo, & à tam immani parricidii crimine planè puram pronuncio, nec tamen ei capitis pœnam dicto. Manifestus enim furor à parricidii pœna planè non excusat; attamen extraordinariè punitur, *l. Divus, 14. ff. de offic. Præs. l. pen. §. ult. ff. ad L. Pomp. de parric.* Eleganter hac de re *Dn. Herm. Goëh. amicus meus, part. 3. peric. 6. q. 33. per tot. Iohan. Grivel in decis. Dolani Senatus, decis. 33. nu. 26. 27.* Placuit igitur media sententia, ut fustigatio cum perpetua relegatione dictaretur, sic tamen, ut prius ad aliquod tempus carcere detenta ex verbo Dei per Ministros Legis & Evangelii diligenter de errore suo admoneretur, & à despe-

despe-

desperatione ad fiduciam gratiæ divinæ paulatim traduceretur, cæteraque, quæ ad corporis & animæ curam pertinent, adhiberentur. Ita enim & delinquenti consultum foret, & exemplum tamen vindictæ publicæ aliquod extaret, ne omninò tam infame crimen inultum remaneret, & causa delinquendi tolleretur. Et ita in terminis terminantibus consuluit *Petr. Heig. d. quæst. 38. num. 54. cum seqq.* quem sequitur *Ioach. Schepl in Prompt. Juris Klammeri, tit. 46. §. 1. nu. 4.* De homicidio commisso ab homine sanæ mentis, & postea Phrenetico factò, ejusq; pœnâ consulatur *Eberh. Speckh cent. 3. class. 2. quæst. 4.* In attentato tamen in Principem à furioso videtur dicendum, quod capite is propterea plectendus, ut binis exemplis declarat *Bernhard. Zierit & hîc, in fin. Vide Camer. cent. 2. med. histor. 6. 7.* Recentius exemplum refert *Petr. Matth. tom. 3. contin. histor. lib. 1. p. (mibi) 18.*

ARTICULUS CLXXX.

Pœna commentariensis, qui reos clàm dimittit.

1. Commentarienses dicuntur Custodes carcerum, sive depositarii carceratarum personarum, quia iisdem, sicut depositariis, committitur custodia carceratorum, sicut depositario rerum depositarum custodia, *Cardin. Dom. Tusch. in pract. conclus. voc. custos carcerum, concl. 1120.* Item commentarienses carcerarii, ergastuli veteribus dicti secundùm *Non. Marcell. ex Lucilio*, qui in commentarium custodias referunt, & velut diarium custodiarum conficiunt, *Bernh. Zierit & hîc, verb. commentariensis, Matth. Mart. in Lexic. Philol. verb. commentariensis.* Commentarienses quales (proh dolor) hodie sint, & quales meritò esse deberent, piè & doctissimè tradit *Idoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 17. num. 3. 4.* quem videtur imitari *Haub. von Ende in disc. crim. c. 3. de carceribus, & quæstionibus, concl. 131.* Si dolo aut culpâ commentariensium incarcerati aufugiunt, pro modo culpæ in eos statuetur pœna, & ex constitutionibus eadem pœnâ, quâ is, qui aufugit, puniri debeat, afficiuntur, *l. 4. C. de custod. reor.* Quod sanè ipsum plenum acerbitatis est. Quare satis est pro delicti admissi qualitate officio Judicis eos puniri, *l. 8. & seqq. ff. de custod. reor. Haub. von Ende d. conclus. 131. & concl. 132.* tradit, qui incarcerati, carcere effracto, sine auxilio & negligentia commentariensium evaserint, puniendi. Latissimè hanc materiam tractat auriga, & Coryphæus criminalistarum, *Prosp. Farin. lib. 1. tit. 4. q. 31. incipit carcerum custos, n. 1. cum seqq. Par. de Put. in tract. de syndacatu, in voc. custos carceris, vide Act. 12. 19. & Act. 16. 28.* Nuperrimè dubitabatur: An custos carceris puniendus, si custoditus, fractis muris, & non per ostium, de carceribus aufugit? Quod non dicendum. Videatur *tom. 2. conf. crim. à Zilett. collect. conf. 22. per tot.* Confer tradita à *Steph. hîc.*

2. An commentariensium liberi ad collegia, tribus, & societates pistorum, sutorum, & aliorum opificum admittendi, vel non? Memini enim hanc quæstionem in dubium vocatam esse, & opifices prædicti commentariensium liberis ex sequentibus motivis denegarunt opificia. I. Quia futuri-

bus ab Amplissimo Senatu, Anno 1481. privilegium datum est, cuius privilegii verba inter alia hæc sunt: **Daß Remandt in das Schumacher Ampt gelassen werden solte / er sey dann vnberochtet / herue / mit mehrem; Et in iuramento ab admittendis, ad sutorum opificium præstando privilegii verba: Vnberochdede barue Lude: per sequentia: Noch andere meidelicher Art oder Geschlechtes / vnd seine Oideren sollen sich als frommen / vffrichtigen Leuten engener vnd gebühret / etc. explicata.** Et innumerabiles personæ hoc iuramentum ante centum annos præstitere, & adhuc admittendæ personæ per alios præstare tenentur, aliàs non admittuntur, & illud adhuc est in viridi observantia. Nam ab observatione insecuta cuiusvis dispositionis antecedentis interpretatio est facienda. Quæ conclusio quoque procedit, quamvis huiusmodi observantia esset contra verum intellectum dispositionis, & in specie, quod etiam verba privilegii secundum observantiam declarari soleant, scribunt: *Aret. conf. 11. col. 3. Corn. conf. 193. num. 10. lib. 2. & conf. 187. num. 14. lib. 4. Ioseph. Ludov. concl. 38. illat. 13. Hieron. Treutl. vol. 1. conf. 27. num. 26 27. usq; ad num. 40. inclusivè.* Quanquam notissimum II. ex novissima Imperatoris Caroli V. & Statuum Imperii Romano-Germanici pragmaticâ sanctione in Comitibus Augustanis, Anno 1548. tit. von Handwercks söhnen vnnnd Gesellen / latâ, & à Divo Rudolpho II. solemniter repetita, in der gebesserten Poltzenordnung zu Franckfurt / Anno 1577. tit. 38. textores, barbitonfores, opiliones, molitores, publicanos, tibicines, tympanistas, balneatores, achos, horumque parentes, ex quibus nati sunt, eorumque liberos, si honestè, & benè vixerint, impofterum à Collegiis, Tribubus, & Societatibus nullo modo excludi, & ita contrarias consuetudines abrogatas esse, & quò ad nominatas personas privilegium sutoribus datum, cassatum, quibus constitutionibus Imperii, ut ii se non opponunt, cum adversus stimulum calcitrare durum: Ita etiam eæ extra nominatas personas extendendæ non sunt. Quicquid enim recessus imperii præcitati non cantant, nec nos cantare debemus. At mentionem non faciunt ii commentariensium, vel eorum liberorum ad opificia admittendorum. Et unius inclusio est alterius exclusio. Quod autem commentarienses, **Oder Nascher / oder Diebetrecker / ut vulgus loquitur, infamia facti III. laborent, probatur, quod huiusmodi homines, die Gefangene annehmen / sie in der custodi bewahren / vnd dem Büttel in die Hand / wann sie Justificiret werden sollen einstefferen / vnd neben andern Bürgern in ehrlichen Gelagen nicht an den Tisch / sondern in Hochzeiten hinder der Thür gesezet / vnd daselbst gespeiset werden / welches die Nascher nicht nachgeben würden / wann sie ohn einige Macul weren / vnnnd daher / daß sie infamia facti laboriren / können selbstge in die Zünffre nicht genommen werden.** Et eleganter describit *Damboud. alleg. loc.* hodiernos commentarienses. At scimus honestæ & inculpatae vitæ personam opponi homini notato & reprehensibili, l. 3. princ. de test. **Vnd was solte IV. vor eine ungezeimete Consequenz / so gekaltren Sachen / vnd dabey vmbblauffenden Circumstantien**

stantien

stanzen nach / endlich darauß erfolgen? *Locus enim ab absurdo validissimum argumentum per tradita ab Eberhard. à Midelb. in loc. argum. legal. loc. 23. per tot.* Wolte man ehrlichen Aemptern vnd Zünfften die Hascher / vnd / wie sie der gemeyne Mann nennet / die Diebtrecker vffwelschen; Endlich solten ihnen wol der Büttel Kinder / Ja auch ein jedweder / er sey auch wer er wölle / gleicher gestalt obtrudiret werden / welches gleichwol den ehrlichen Aemptern / vieler Respecten halber / zu keinem geringen Despect / gereichen würde. Warumb werden / außserhalb der zuvor in angezogener publicirter Reichspoliceyordnung mentionirten Personen spurii zu ehrlichen Aemptern nicht zugelassen? daß sie infamia facti laboriren / vnd das es also hergebracht / daß die vnehrliche in keine Znungen / Zünfften / Gaffelen / oder Bildren genommen werden sollen. *Hoc de spuriiis attestatur Ioach. à Beust. in l. 3. num. 26. ff. de iure iur. per totam ferè Germaniam observari, & tale statutum valere notat Sneid. in §. constat, num. 15. Insti. de l. N. G. & C. Plura Ioan. Hering. de molendin. q. 1. num. 36. 37. 38. Rutg. Ruland. in additionibus & notis ad tractatum de commissariis. lib. 4. c. 6. p. 1. ad num. 5. artifices.* Solches verbietet die angezogene Policeyordnung durch auß nicht / es kompt mit dem erlangten privilegio vberlein. Warumb werden Büttel / dero Diener / vnd ihre Kinder / von ehrlichen Aemptern abgewiesen / vnd seyn gleichwol Herrn Diener? *Quia infamia facti laborant, per tradita à me ad art. 97.* Vber das V. Daß Ampt der Schuster vntersehen sich nicht Braut vnd Bräutigamb die Ehe zu verhindern / dasselbige hat aber kein vnzeitig Bedencken / weiln ihr der Braut Vatter ein commentariensis gewesen / sie das Schusterampt zu nehmen / vnd werffet also den schweresten Stein den guten Leuten nicht vor / da doch in andern vnd benachbarten Orten die ehrliche Schusterampt privilegiret / daß niemandt zu den Aemptern / sondern daß er muß in dieselbe sich befreyen / zugelassen werden. *Videmus enim collegia sartorum & sutorum, uti & alia, habere statutum, vel certè consuetudinem, ne quis extra opificium ducat uxorem. Quod statutum, sive consuetudo tollerari posse videtur, ut opificia rectè conseruentur, ut in terminis terminantibus statuunt, Matth. Steph. de iurisd. lib. 2. par. 2. c. 7. num. 45. cum seqq. Joh. Sibrand. par. 1. iur. Lubec. sect. 15. num. 23.* Vnd kan VI. erwieset werden / daß die Herrn Knechte / oder Diener / die zugleich Hascher vnd Diebtrecker seyn / vnd die Gefangene verwahren / Kinder zu S. H. B. vnd sonst in benachbarten Stätten / zu Aemptern vnd Bilden nicht vff vnd angenommen werden: Warumb solte dann diß ehrliche Ampt *impresentiarum peioris conditionis* seyn. Vnd wolte sonst auch VII. wann solche Gesellen vnd ihre Kinder / in die Aempter genommen werden solten / das mit keinem geringen Vnkosten erlangtes Privilegium löcherig gemacht werden / *quam privilegium concedentis voluntatem fuisse minimè præsumendum est, cum nemo præsumatur velle dispositionem suã fieri elusoriã, & deficere. Hæc fundamenta, qualia qualia, transmissa fuere Juridicæ Facultati Academiae Rinthelensis, & , iis non attentis, pronunciavit,*

ut sequitur: Als vns Decano, Seniori, vnd sämpstlichen Doctoren der Juristen Facultet in der Holstein. Schauenburgischen Vniuersitet zu Rintahlen/vorgefester Bericht / vnnnd darinnen pro vnd contra eingeführte Motiven / sampt angehengten dreyen Beylagen *sub lit. A. B. C.* zugeschieket / vnnnd darüber vnserer Rechtliche Meynung / sampt deren vornehmsten Gründen / gebeten worden. Demnach erkennen vnd sprechen wir / nach fleißiger Verlesß. vnnnd Erwegung der Sachen / vnnnd angezogener Motiven / vor Recht / Ob wol J. K. sel. als Stattdiener der Statt Hanover *persona humilis*, vnd dessen officium vile gewesen / dieweil dennoch derselbe (1.) *infamiâ nec juris, nec facti notiret* / per tradita Marquardi Freheri *de infamiâ, cap. 23.* Vnd (2.) niemandt ohn erhebliche Bräfsachen/vor Zünfften, Gilden/vnd Aemptern außzuschleffen / Inmassen die in *Annis 548. vnd 77.* publicirte Polliceyordnungen / *tit. von Handwercks Söhnen vnnnd Gesellen* / klärlich dahin zielen / (3.) Der Stattdiener in dem von Ehrbaren Rahr der Statt H. dem Schusterampt daselbst ertheiltem privilegio keine Meldung geschicht / den auch (4.) Wolgemelter Rath / solche ihre Diener zweifels ohne für vnehrlich nicht achtet / in dem dieselbe nicht allein zu Captivirung der Mißthäter / sondern auch andern ehrlichen Diensten gebraucher werden / vnd Endlich (5.) *vulgi ignobilis sententia & observatio wenig zu achten* / *cum soleat frequenter in pessimos degenerare errores, hoc præsertim seculo longè corruptissimo, atque adeò legislatori meritò debeat esse suspecta, ut eleganter loquitur Oldendorpius Consil. Marburg. 3. num. 14. vol. 1.* Daß demnach das Schusterampt der Statt H. vorgedachten J. K. Tochter / zu ihrem Ampt zuverstatzen schuldig sey / von Rechts wegen. Brkundlich vnser Facultet auffgetruckten Insiegels. So geschehen am 19. Tag Augusti / Anno 1630.

L. S.

Decan / Senior, vnd andere Doctoren
der Juristen Facultet / in der Holstein.
Schauenburgischen Vniuersitet zu
Rin:helen.

Das ehrliche Schusterampt hat zwar / weiln demselben den 6. Tag Augusti anbefohlen / des commentariensis Tochter ins Ampt zu nehmen / von solchem Befelch appelliret / vnd sich bemühet / völlige processus zu wege zubringen / aber selbige seyn den 17. ejuldem abgeschlagen / Damit aber keinem Theil zu viel beschehe / ist vom Ehrvesten Rahr / der loblichen Juristen Facultet / in der Vniuersitet zu Erfurth / Rechtliche decisio gefordert: Ob J. K. Tochter / weiln ihr Vatter ein Stattdiener / vnd Frohnbotte gewesen / des Ampts der Schuhmacher nicht zu würdigen? Sequitur Responsum Juris. Auff vorerzehnten vnnnd
allhie

allhie proponirten Fall/zwischen E. Erb. Handwercke der Schuster zu H. vnd
 J. K. gewesenen Frohnboten / oder Stattnechts daselbst hinderverlassenen
 Ehelichen Tochter/sprechen/nach fleißiger Erwegung desselben / wir Decan/
 Senior, vnd andere Doctorn der Juristen Facultet / in der Vniversitet zu Er-
 furth/im Rechten/vnnd Natürlicher Billigkeit gegründet/ Insonderheit aber
 des Heiligen Römischen Reichs vnterschiedlichen Satzungen klar versehen
 seyn/das gedacht Handwerck nicht befügt/gemelter J. K. hinderlassenen Ehe-
 leiblichen Tochter/vmb welche ein Schustergefell Eheliche Ansuchung thut/ihr
 Ampt oder Zunfft/darumb / das ihr Vatter ein Frohnbotte oder Stattnecht
 gewesen/zuverweygen/vnnd abzuschlagen/sondern in dieselbe auff vnnd anzun-
 nehmen schuldig seyn/ von Rechtswegen / Brkundlich dieses mit vnserm / der
 Juristen Facultet Insiegel bekräftiget/ So geben Erfurth / den $\frac{17}{27}$ Augusti/
 Anno 1630.

L. S.

Decan/Senior, vnd andere Doctores
 der Juristen Facultet daselbst.

Darauff ist nachfolgender Bescheid dem Schusterampt erthellet. Nach-
 dem das ehrliche Ampt der Schuster/ Insonderheit desselben verordnete Werck-
 meistere / vnnd alter Leute sich wider des Heiligen Römischen Reichs löbliche
 Verfassungen vnd Constitutiones, vnd vber das gegen die/dieser wegen einge-
 holte Rechtsbelehrung verweyget/des gewesenen Stattnechts J. K. sel.nach-
 gelassenen Tochter/ daher/das jetztgedachter ihr Vatter ein Stattnecht/oder
 Frohnbotte gewesen / in ihr Ampt auff vnnd anzunehmen / ohngeachtet ihnen
 bereits am 17. Tag hujus, die dieser wegen auß vnerheblichen Ursachen an der
 Rathstuben zu W.gesuchte processe abgeschlagen/sie sich auch durch güeltliches
 zusprechen zur Schuldigkeit nicht bewegen lassen wollen; Demnach so ist ihnen
 bey Straff 200. Goldgülden ernstlich auferlegt worden/ermeltes K. Tochter/
 auff ihr gebührliches Ansuchen/in ihr Ampt auff vnnd anzunehmen. Decretum
 in pleno Senatu, Den 23. Tag Augusti/Anno 1630. A quo Decreto denuò in-
 tra decem appellatum est dies, & petiti pleni processus ex prægnantibus supra
 positis causis, & motivis; qui iterum denegati. Marpurgensis quoque Acade-
 miæ Juridica Facultas consulta, & dedit sequens Responsum:

Als vns Decano, vnd andern Doctorn der Juristen Facultet/ in der V-
 niversitet Marpurg / vorgesezter Berichte zusampt eines Ehrvesten Raths zu
 H. auffgesetzter facti specie, vnd darauff von den löblich Juristen Faculteten/
 Erfurth vnnd Rintchelen erfolgten Responssen / vnd andern Beylagen mehr/
 suaco

zugeschicket / vnd wir darüber gleichfals vnser Rechliche Meynung zueröffnen / vnd mitzuthellen ersucht / vnd gebeten worden / So haben wir demnach dieselbe mit Fleiß verlesen / vnd erwogen / berichten darauff vor Recht / daß auß denen von Ehrengemelten beyden Faculteten eingeschickten Motiven / vnd Fundamenten / Consulenteen eingewandren Einreden / ohngeachtet / J. K. S. Tochter D. auff gebührliches Ansuchen in ihr ehrlich Schusterampft zunehmen schuldig / auch im Fall der Berwegung / von der Obrigkeit durch gebührliche Zwangsmittel darzu anzuhalten sey / von Rechtswegen. Zur Brkunt haben wir vnser Facultet Insteigel hierauff drucken lassen / So geschehen am 14. Septembri / Jahrs 1630.

L. S.

Decanus vnd andere Doctores der Juristen Facultet
in der Vntversitet Marburg.

Hæc qualia qualia Juridico-Politica criminalibus hisce inferere non erubuit. Sicut enim lupini per se amari aquâ perfusi dulcescunt: Sic tetrica ista criminalia hujusmodi civilibus, & politicis mitigantur discursibus.

ARTICULUS CLXXXI.

Actuarii in processu criminali officium.

Sufficiunt notata à Zieritz & Steph.

ARTICULUS CLXXXII.

Responsionis consignatio, & actuarii subscriptio.

Placent, quæ tradunt Zieritz & Steph. quibus adde Cothm. vol. 3. resp. 30. n. 89. & seqq.

ARTICULUS CLXXXIII.

Indiciorum & probationum annotatio.

Remitto me ad prædictos commentatores.

ARTICULUS CLXXXIV.

Allegationum rei consignatio.

Consulantur Zieritz & Steph.

ARTICULUS CLXXXV.

Confessionis rei annotatio.

Vide nominatos interpretes, ut & ad sequentes articulos, quibus hac primâ editione nihil addo. Nec operæ pretium esse duco. Quia hæc cuilibet ferè practico, vel tyroni juris hoc delicato, etiam inter turbas bellicas, seculo literario notoria.

ARTICULUS CLXXXVI.

Probationis descriptio.

ARTICULUS CLXXXVII.

Defensionis annotatio.

ARTI-

ARTICULUS CLXXXVIII.

Inquisitionis accurata descriptio.

ARTICULUS CLXXXIX.

Vt actuarius scripta afferret, in libellos redigat, & secreta ne pandat.

ARTICULUS CXC.

Vt sententias actuarius concipiat.

ARTICULUS CXCI.

Monitum singulare.

ARTICULUS CXCVII.

Forma cujuslibet sententiae capitalis, aut perpetuae incarcerationis.

Ignis poena crudelissima, & summa, juxta notata à Bernh. Zieritz. hic, verb. ignis poena. Gladii poena honestior est, ut Zieritz. tradit, verb. gladii corporis poena in quatuor partes dissecti. Hic taxat Germanos Bodin. resuratus à Zieritz. hic, c. 124. & hic verb. corpore in quatuor partes. Vide Steph. hic, ubi dicit, partes cadaveris singulas singulis in viis publicis suspendi, & defigi. Laquei poena famosissima, ignominiosa, vilissima, ac foedissima, ut tradit Bald. in rub. de offic. deleg. Elegantissime Ios. Nold. in Synopt. tract. de statu nobilium civili, c. 15. nu. 113. 114. 115. 116. Zieritz. hic, c. 159. verb. si mas sit laquei poena, & hoc artic. 192. verb. ut laqueo, & verb. viva defodiatur, dicit, matrum infanticidarum poenam moribus ferè obsolevisse.

ARTICULUS CXCVIII.

Qui trahæ imponendus est.

Vide Remum, Steph. Zieritz. hic.

ARTICULUS CXCVI.

Qui candentibus adurendus est forcipibus.

Consule Remum, Steph. Zieritz. ut & ad

ARTICULUM CXCV.

Sententia ut concipiatur, cum is vinculis addicitur, à quo vis metuitur.

ARTICULUS CXCVI.

Pœna citra mortem, aut perpetuos carceres infligenda.

ARTICULUS CXCVII.

Formula actuario observanda.

ARTICULUS CXCVIII.

Amputatio linguæ.

Vide Schonbor. 3. pol. 20. Glefer. apud Arum. tom. 2. de jur. publ. fol. 91. Sæv. ibidem fol. 127. n. 4. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 10. n. 39. & seqq. Mich. de jurisd. concl. 78. b. Lud. à Gilhaus. in arb. jud. crim. c. 8. de sententiis, sect. 2 n. 1 cum seqq p. 441. 442. 443.

*Mutilatio digitorum.**Aurium resectio.*

COMMENTARIOLUS
Fustigatio, seu virgarum castigatio.

Admonitio.

ARTICULUS CXCIX.

Formula sententia absolutoria.

ARTICULUS CC.

Alia cautio, seu admonitio.

ARTICULUS CCI.

Verba sententia absolutoria.

ARTICULUS CCII.

Ut acta judiciaria diligenter asserventur.

ARTICULUS CCIII.

Ne quis error ab actuario committatur.

ARTICULUS CCIV.

Sportularum, sive expensarum in causis criminalibus custodibus
debitarum modus qui esse debeat.

Duæ adducuntur causæ, quamobrem tolerabilium expensarum ratio in publicis judiciis ineunda ac constituenda; videlicet ut flagitiosi homines facilius ad justam pœnam adigantur, & ne metu expensarum justitia evanescat. Minima res as est; non assis te facio, est in proverbio contemnentium. Minimus igitur nummus as est, cum de pecuniaria re agitur numeratâ. Nam centum asses talerum imperialem, minus quintâ ejus parte, efficiunt, faciunt enim novendecim circiter batzios. Epicurus gloriabatur; se asse non toto pasci: Metrodorum, qui nondum tantum profecerat, toto. Fuisse hanc magnam parsimoniam ostendit *L. Arinæus Seneca, lib. 1. Epist. 18.* Non enim, ait, jucunda res est aqua, & polenta, aut frustum hordeacei panis. Liberaliora sunt aliméta carceris, sepultos ad capitale supplicium non tam angustè pascit, qui occisurus est. Alimonia carceris erat libra farris in singulos dies, *Adam. Contz. lib. 8. polit. c. 14. p. 658.* & laudatissimus Imp. Carolus V. hîc sancit, ut accusator nequaquam obstructus sit pro accusati victu, & custodiæ pretio ultra septem nummulos cruciatos in singulos dies solvere, quod hodie nondum esse mutatum, nec accusatorem ad plura teneri respondit celeberrima Facultas Juridica Marpurgensis, die 26. Febr. Anno 1617. Sed hodiernis temporibus in tantâ annonæ caritate plus erogari debere, quis nō videt? inquit *Zieritz. hîc, verb. septem, & verb. carnifici, ejusq; ministris,* statuit, malè *ex l. Divus, ff. de bon. damn. colligi,* quod pro quolibet supplicio capitali debeant quinque aurei solvi. Ubi carceratus est infirmus, adeò, ut leviori carcere indigeat, custodia adhiberi debet ipsius sumptibus, cum id fiat pro ejus salute, præsertim si dives est, & semetipsum alimentare potest. Vide *Barr. in l. illicitas, §. non potentiores, ff. de offic. præf. Par. de Put. in tract. Synd. vers. carcer. c. an carcerarius teneatur, Bajard. ad Clar. q. 46. n. 10. Boër. decis. 303. num. 1. & decis. 325. Coler. part. 2. decis. 281.*

n. 3. Matth. Wes. vol. 2. cons. 97. n. 6. & in parat. de post. nu. 3. in fin. part. 3. tract. & respons. postb. 105. n. 1. cum seqq. Emil. cons. 126. n. 6. 7. cons. 151. n. 14. Nicol. Vigel. hic, c. 5. p. 177.

2. Quæsitum est, ut meminit Zieritz. hic: An, quando subditi ad expensas causarum capitalium obligati sunt, iidem carnifici, pro suspendio se necantis depositione, & humatione solvere teneantur? Quod negativè decidendum putat.

3. Quando Judex munere suo fungitur, tunc idipsum proprio sumptu, & expensis facere tenetur, nec habet impensarum repetitionem, Zieritz. hic, verb. à magistratu ipso, & c. 19. vel ultimo, verb. idq. sine partium expensis. Huc pertinentia tradunt Petr. Heig. par. 2. q. 23. n. 2. Matth. Steph. hic.

ARTICULUS CCV.

Sordes judicium taxantur.

Vide annotata ad artic. 3. concl. 4.

ARTICULUS CCVI.

Annotatio bonorum contra fugitivos.

Annotationem bonorum in desuetudinem abiisse scribit Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 44. n. 2. 3. In Germaniâ tamen adhuc in viridi observantiâ est, modò fiat secundum constitutionem criminalem, & quidem secundum hunc 206. articulum. Adde Regn. Sixt. lib. 2. de regal. c. 12. nu. 36. Dn. Iohan. Camm. disp. reg. 9. th. 15. Sigism. Witt. cons. crim. 5. p. 386. Confer Steph. hic. In suos usus Judex, aliùsve, qui justitiam exercet, inde quid velle convertere prohibetur. Praxis autem videtur in contrarium esse. Novi enim quendam H. V. scilicet in den hohen Frevel / & ita in 2000. florenos aureos, ut videre est ex sententiâ in causâ F. contra eundem 3. Novembris 1619. latâ condemnatum. Des hohen Frevels mentionem facit Witt. d. cons. crim. 5. Quid sit Frevel / Frevel? Consule Paul. Matth. Wehner. in pract. obs. in voc. Frevel / ubi ait distingui solere Frevel in grossen / oder hohen Frevel / & Klein oder Niedersrevel. Quærit Zieritz. hic. Num etiam annotari rectè possint bona, quæ postea successione profugus acquisivit? Non putat. De confiscatione bonorum, vide Rosenth. de feud. c. 5. concl. 60. 61. Prosp. Farin. lib. 1. tit. 3. q. 25. n. 9. 10. 18. Zieritz. hic, c. 135. vitam & bona, & ibid. Steph. & c. 155. verb. si quis, Petr. Greg. Tholos. in Synt. Iuris univ. lib. 31. c. 31. Frid. Mart. in interpr. Carol. constit. pen. §. item an erlichen / Herm. Goeh. in process. jurid. advers. sag. tit. 15. per tot.

ARTICULUS CCVII.

Res furtivæ in iudicium deductæ.

Ablatum suo domino restituatur, pretio non refuso, l. 2. C. de jurt. Eleganter hac de re, & latius Zieritz. Steph. hic, Lath. de cens. lib. 2. c. 10. nu. 21. cum seqq. Iohan. Georg. Becht. de salvo cond. c. 4. concl. 96. Iodoc. Damhoud. in pract. crimin. c. 117. in princ. Dn. Iohan. Hering. in tract. de molendinis, q. 30. num. 25. 26. Et non solum dominus res ipsas, si adhuc extant, repetere potest, sed etiam rerum æstimationem, si consumptæ fuerint, quod benè notandum est adversus eos, qui oves, boves, & si-

milia pecora emunt, & maectant, ut post alios monet *Matth. Berlich. part. 5. conclus. 45. n. 20.* Imò *Natt. cons. 436.* in facti contingentia consuluit, quod emptor etiam absq; pretio teneatur ad restitutionem, etiamsi ab initio protestetur, se rem illam emere, ut eam vero domino restituat. Hinc quæri solet; si milites per loca non hostilia transeuntes aliquid per vim rusticis auferant, & ablatum aliis, & quidem scientibus, modico accepto pretio, dividant, quod, si emptum non fuisset, vel certò consumpsissent, aut ad loca, ubi nulla, vel difficilis recuperatio, adportassent; num emptor rem ita emptam absq; pretio vero domino restituere teneatur? Si emptor eo animo emat, ut ita acquisitam vero domino restituat, pro emptore pugnabimus, idq; propter textum in *l. 6. ff. de capt. & postl. revers.* cuius ratio in *l. 12. §. 12. eod.* proponitur, & est, quod emptor hoc casu intelligatur utiliter gessisse negotium domini, cum ut res ad verum dominum, dato modico pretio, vicissim perveniat, efficiat. Optimus quoque textus est, quem *Gratianus D. Ambrosio* tribuit in *c. rapinam, 14. q. 5.* Rapinam, inquit, emere non licet, nisi eâ intentione, ut, cui est ablata, restituatur, ex quo patet licere, ut quis rem furtivam à fure emat, eo animo, ut domino restituat, cum alioqui fur cum re longè fugeret, nec dominus eam habere posset. Re igitur utiliter gestâ iniquum erit, ut emptor pretium amittat, domino rem ipsam evincente. Et ita *Facultas Juridica Academiae Rinthelensis, 8. Octobris, Anno 1623. S. R. respondit.* Conferendi *Hostien. tit. de pœnit. quid de præd. ement. Didac. Covarr. tom. 1. resol. par. 3. num. fin. Tiber. Decian. tract. crim. lib. 9. c. 29. num. 28. vol. 2.* Quid verò dicendum, fure ad mortem damnato, an nihilominus res furtiva erit restituenda? Vide pro & contra *Dd. allegatos à Zieritz. hic, c. 219. verb. fur cum re furtivâ.*

ARTICULUS CCVIII.

Restitutio Rei furtivæ.

Consule tradita à *Zieritz. Steph. hic,* & ut ad

ARTICULUM CCIX.

Restitutio rei litigiosa mediante juramento.

ARTICULUS CCX.

Rei furtivæ usucapio nulla.

ARTICULUS CCXI.

Cautio super re litigiosâ.

ARTICULUS CCXII.

Rei furtivæ apud furem, raptæ apud raptorem deprehensio.

ARTICULUS CCXIII.

Rei furtivæ aut raptæ indicia.

ARTICULUS CCXIV.

Impensarum restitutio mediocris.

ARTI-

Accusare nemo cogitur.

Videatur Herm. Lath. de cens. lib. 2. c. 8. num. 10. cum seqq. Zieritz. Steph. hic.

Ereçtio seu reparatio furcarum, & patibulorum per opifices.

1. Furcarum ereçtio signum est, & quidem maximum criminalis, capitalisq; jurisdictionis. Quod satis probatur ex Jcto in l. capitalium, §. famosos, ff. de poen. & aliis plerisq; locis, in quibus de furcarum supplicio Jcti meminere. Idq; latius ostendit consilium de jurisdictione & regalibus Giessa, Anno 1610. excusum, num. 9. 10. 11. Christ. Besold. in consilio de

4. var. rejoc.

3. Audi marca quid sit: tradit Zieritz. lib. 2. tit. 10. v. 10. in fine
Camera usque in hodiernum diem observatum est, marcã,
vulgo ein Mark / semper estimar

1000 marcã.
insinua comensabilis rems

Magistratus bona furto, aut vi ablata apud furem deprehensa sibi retinent, nec vero domino restituunt, contra saluberrimas imperii constitutiones, *Dn. Camman. disp. reg. 8. th. 26. Berlich. 5. concl. pract. 45. n. 26. 27. 28. 29. 30. 31.* Perversæ hujus consuetudinis patrociniū suscipit *Iacob. Cujac. allegatus à Zieritz. hîc, verb. perversa, sed frustra, & irrito Marte.* Ut nihil tam absurdum extitit unquam, quod non aliquis Philosophorum defendendum suscepit: Sic in Jure nostro nihil est tam firmum, quod non habeat suos contradictores, quod dolendum, ut latius trado *disc. Acad. 7. concl. 20.*

2. Improbatur consuetudo, quâ res tempore necessitatis in aquam projectæ fisco adjudicantur, *auth. navigia, C. de furt. Andr. Gail. 1. obs. 18. Camm. d. disp. 8. 22. 23. 24. Thom. Lind. disp. feud. 2. c. 3. concl. 52. Herm. Lather. de cens. lib. 2. c. 11. Ioh. Gryphiand. de insulis, c. 31. n. 100. cum seqq. n. 118. cum seqq.*

3. Est etiam abusus, ut aurigæ, qui plaustro, rhedave mercibus onerata casu, incuriave eversâ hominem occiderit, equi, plaustrum, & quas vehit, merces publicentur, *Petr. Heig. q. 37. n. 45. & seqq. quem allegat Steph. hîc.*

4. Ad Anticyras relegatur mos, quo carcer non tam custodia, quam pœnæ loco est. Vide *notata ad art. 11. concl. 2.* pertinentia tradit *Zieritz. hîc remissivè, & verb. unde illi, ait, neminem tamen ignominiosum esse, quod in carcere fuerit.*

5. Bona damnatorum nullo casu, excepto casu læsæ Majestatis, publicantur. Plura hac de re *Zieritz. Steph. Lath. de censu lib. 2. c. 9. num. 9. 12. & suprâ art.*

266. *Plusieurs autres coutumes, huc pertinet. disc. Acad. d. a. 7. concl. 20.*

Remitto me, ut

C R I M I N A L I S.

151

— — Spacis exclusus iniquis
Prætereo, atq; aliis post me memoranda relinquo;
Et in portum vento ratis acta secundo est.
Me legat amussim, quisquis legit omnia, quisquis
Scit quia fert aliquid leſis.

Scripta patrociniū querunt in carmine frustra
Si quis scire velit, amicissimus quidam J. Crus & Poëta:

F I N I S.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten signature or name in red ink.

Jus crim. 57

